DE IMPEDIMENTIS MAGNORUM AUXILIORUM IN MORBORUM...

Antonio Ponce de Santa Cruz, Pedro : de Castro




NAZIONALE
12
15 B
4
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE



ANTONIVS PONCE SANCTACRVZ DE IMPEDIMENTIS MAGNORVM AVXILIORVM.

DE IMPEDIMENTIS MAGNORVM AVXILIORVM In Morborum curatione.

LIB. III.

Autore

ANTONIO PONCE SANCTACRVZ

Protomedico, & PHILIPPO IV. Regi Hispan. à cubiculo, in Vniuersitate Vallisoletana Medic. Professore primario.

Secundis curis emendatiores è Museo PETRI A CASTRO D. Medici.



Pertinet ad Bibliothecam S. Franci: Transtiberim

PATAVII, MDCLII.


Typis Pauli Frambotti Bibliopolæ.
Superiorum permissu.



IOANNI RHODIO DANO,

Viro Doctissimo atq; optimo

PETRUS à CASTRO S.

N accurrit ab ultimis Iberiæ terminis magnus ille Hippocratis genius SanctaCrucius, ut iterum per te, Clarissime Rhodi, feliciter Europæ reuiuiscat. Nec immerito perennitatem ambit supra cedros & marmora pretiosum opus; quo nihil præstantius, nihil utilius tironibus, ex virorum etiam doctissimorum monumentis accedere potuerit unquam; quinimo & ipsismet veteranis Aesculapii militibus: quamuis modestissimus auctor iuuentutem praxeos studiosam dumtaxat allo-

qui profiteatur. Me dum olim est alloquutus, non scripto, sed viua voce, hæc meditabatur, & ardentissimis meis precibus impulsus, ausim dicere, tanquam me solum cogitaret erudire, mente concipiebat, enitebatur, producebat. Ingratus igitur forem, si tãtum beneficium non rependerem; si annorũ tyrannide & animorum inertia dirutum ferme diuinum præceptoris opificium non curarem reparari. Absit ingrati animi pudendum crimen. Sancte iuraui apud Hippocratem, me parentũ loco amaturum magistros, vitam eis communicaturum, impertiturum ea quibus indiguerint: illos deniq; qui ex eis nati fuerint pro fratribus germanis habiturũ. *Indigebat vita caducũ monumentum authoris nominis*

non

non morituri. Ecce libenter refero. Hanc lucubrationem doctissimam, tanti parentis legitimum partum fratrem germanum appello, quem tanquam primogenitum revereri, diligere, ac imitari præcise debeam. Vt hoc possim, ut studiosos meos rectius dirigere queam, lacteum hoc alimentum, quo ipse nutritus sum, sugendum prælibo. Lacteum, quia primum, quia facile, quia candorem continet veritatis; alimentum, quia robustum & in solidã nutriti substantiam apprime vertitur. Grato igitur animo erga magistrũ, propensione singulari erga selectissimam docendi methodum, studio denique erga discipulos, aggressus sum sacros Sanstacrucii manes suscitare, qui certe præ se ferre poterunt auream alteram laminam, qualis olim fer-

tur in sepulchro inuenta vetustissimo, in qua celata hæc erant: O Sol, iterũ sub Constantino me videbis. *Sic gaudeant Sanctacrucii manes, & ore aureo similia proferant: O Sol, iterum sub eruditissimo Rhodio nos videbis; à quo vitam, polituram, elegantiam, puritatem comparemus. Hanc igitur veram Prudentiam medicam tibi prudentissime Rhodi dare quidem non debeo, quia mea non est; commendare debeo, quia vera; nõ tamen ut fronte nimium audaci alieni operis authorem me commendem, sed ut studiorum beneficio gratus inuigilem. Meus est dumtaxat impulsus, quo in lucẽ prodeat opus egregium; quo iterum inter litteratos renascatur Sanctacrucius, & studiosos, ut solebat, denuo incipiat erudire, solidaque*

im-

imbuere doctrina. Tuum erit, ornatiſſime vir, operis ornamentum, tuus lepos, tua dicendi puritas, quæ cunctis doctiorum ſcriptorum partubus diligētiſſimus ſoles impertiri, ut iure merito dici poſſis litteratorum Apollo. Sic inter aſtra gloriæ collocaris; collocaſſet mehercle inter Diuos ethnica vetuſtas, & parturientium Muſarum Ilithiæ noua templa erexiſſet. Reſtat, ut per te ab obliuionis ſolo erigatur, & nouum luſtricum genitorem, nouum denique radiantem Apollinem in uno meritiſſimo Rhodio adipiſci mereatur. Vale. Veronæ. Kal. Nouemb. CIↃ IↃC LI.

Liber Lectoribus.

PRęcurro, non specto aliorum gemellorum partum, ruptis vinculis propero ad lucem boni animi, ad tenebras inuidi non timens hoc malum, ut fruar illo bono. Audiebam in nostro Musæo circa vsum magnorum auxiliorum controuersias Medicorum, querelas infirmorum, prorumpi tandem, fidelitatis antiquę portans vexilla primorum hominum consilia, quibus, & vita protrahebatur, & morbi feliciter curabantur. Non promitto noua, sed antiqua nouiter exculta, defensa, illustrata: atque cum hominum vita tot malis concussa duo tãtum habeat magna præsidia, inter quæ si fluctuet, & dubias experiatur procellas, misere fatiscit; circa ista duo omnis nostra versatur lucubratio, ut portus sint, non tempestas. Sed quid proderit nostra lucubratio, si non accedat studiosorum meditatio? Quid Hippoc. veneranda oracula, si irrepat ignorantium iactantia? Non moror. Lex beneficii solùm respicit benefacere, nul-

lis

lis ingratitudinis nebulis obſcuratur, nullis obſtaculis impeditur, nulla detinetur iniuria. Eruditos ſemper beneuolos culta inueniet antiquitas: tetrici, aut inflati, qui (ut aiebat Hipp. Lib. de Morbo ſacro) ſimulant ſe amplius ſcire, non legant, neque videant, inuidi maneant. Tirones relictis prauis alimentis arripiant ubera Hippocraticæ doctrinæ, ſemper ſcaturientia, ſalubriter ſaturantia.

INDEX CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

Quæ

LIBER SECVNDVS.

Aetij

LIBER TERTIVS.

enti-

An

DE

DE IMPEDIMENTIS MAGNORVM AVXILIORVM, IN MORBORVM CVRATIONE. AD TYRONES.

CAP. I.


E Auxilijs magnis Artis Medicæ plures, & doctissimi viri scripserunt. Tamen hanc ità necessariam considerationem desertam video: forsan quia existimarunt sufficere vniuersalem contemplationem ad singulares oprationes. Tamen tam varia est causarum complicatio, vt non solum Tyrones, verum alios ad indirectas vias declinare conspiciam: nam præsente necessitate sanguinis missionis, aut purgationis, non contemplantur qualia sint impedimenta, quę executionem valent impedire: ita vt,

dummodo communia sint exposcentia, aut aliqua signa, quæ moueant ad vacuandum, audacter aggrediantur, quibusdam textibus innitentes, non tamen arte ipsa. Textus ille, non in continentibus modo, sed in omnibus febribus, quas putridus excitat humor; saluberrimum est sanguinem detrahere: quia male intellectus, & non ex arte explicatus, plurimos ægros ad tumulum deduxit. Equidem sicut sanum consilium est, in aliquibus putridis sanguinem mittere, ità perniciosum in omnibus. Atque adeò si morbum magnum, & vires inueniant; nil amplius quærant. Hæc pro exemplo. Sed vt videas grauitatem, vtilitatem, & necessitatem huius tractationis, & quanta tibi deficiant ad scientiam rectè euacuandi, iterum, atque iterum legas sequentem diuisionem.

Tria sunt que possunt vacuationem impedire. Res naturales, Non naturales, & Præter naturam. Res naturales, vt temperies totius, aut partis, ætas, corporis habitus, consuetudo,

vir-

virtus. Quæ aliquando prohibent, aliquando permittunt remedia. Res non naturales: vt motus animi, & corporis, aer ambiens, coitus, vigilia, somnus, &c. Res præter naturam, vt causa, morbus, & symptoma: hęc omnia, si vsque ad species, & differentias minimas deducas, & consideres quantum vnaquæque præualeat ad impediendam euacuationem, aut permittendam, apertè conspicies difficultatem, quam ita facilè paruipendis, & periculum, quod intrepidè experiris. Scis quales sunt causę præter naturam, quæ renuunt prædicta remedia? Quam regionem corporis, quem locum occupant, vt magis, aut minùs impediant? Scis, quòd exiens mutatum, quæ actio lęsa, quę qualitas mutata, quæ morbi species possit vacuationem prohibere? Scis quæ debilitas sit essentialis, qualis sit, quas habeat differentias? Et quæ illarum respuit integram, quę mediam vacuationem permittit, quæ nullam? Scis quid agendum, cùm debilitas per aggrauationem, cùm qualibet per essentiam.

coniungitur? Ponderasti ne consuetudinis efficaciam in his periculis? Hęc & alia multa matura consideratione pensitanda, quæ quia sæpius vocaris ad repentinam euacuationem decernendam, oportet memoria tenaciter obseruare, si errorem fugere, si salutem infirmi consequi desideras. Expedit ergo istam nostram lucubrationem die, ac nocte repetere, & semper præ manibus habere, quam non ex opinionibus, sed ex arte, Deo fauente, in gratiam boni publici elaboratam exhibemus. Atque in tractatu adeò graui, in quo nullum est verbum, quod non agat de vita; non est agendum de nominibus, sed de ipsarum rerum intelligentia. Valeant opiniones, valeant subtilitates disputationum, suum locum habent in parte Physiologica. Accedant conclusiones, & determinationes pro vitæ humanæ subsidijs. Sciant medici, quando sit euacuandum, & quomodo, quamuis reliqua ignorent: hoc illis, & ægrotis sufficit. Aut voces impedimenta, aut voces repugnantia,

aut

aut contraindicantia, non moror, dummodo intelligas, quæ illa ſint, quæ poſſunt impedire actum euacuandi, aut modũ imponere ipſi euacuationi.

C A P. II.

ANtequam de ſingulis agamus, ſupponendum eſt, quòd ſanguinis miſſio, & expurgatio per se reſpiciunt cauſam humoralem, ſecundariò morbum: in hoc enim falluntur multi, nam ſi vident morbum magnum, & vires ſufficientes, ſtatim ſãguinem extrahunt, non conſiderantes quid ars doceat. Cum enim magnus morbus nil ſit aliud, quàm conſtitutio præter naturam, cùm magno receſſu à naturali ſtatu, apertum eſt, quòd indicat magnum auxilium, quo reducatur natura ad priſtinum terminum ſanitatis, in quo abſtrahit à ſanguinis miſsione: nam fieri poteſt talis reductio per aliud. Itaque magnus morbus ſolum indicat magnum remedium. Hectica primæ ſpeciei ſæpius apparet cum ſufficientibus viribus, eſt-

que magnus morbus; erit autem vitæ humanæ inimicus, qui in hoc morbo, sanguinis missionem, aut purgationem exerceat. Indicat enim, & petit magnam attemperationem, substantiam deperditam simul reparantem, quia est morbus inanitionis. Præterea solitaria cacochymia, sanguine existente solùm necessario ad vitam, magni morbi potest esse causa, & cum sufficientibus viribus: nullus tamen sanæ mentis debet in tali dispositione mittere sanguinem, sed correctionem, & purgationem tentare. Non ergo magnus morbus circumscribit missionẽ sanguinis. Voco solitariam cacochymiam, impermixtam & separatam à sanguine, & vt dixi, sanguine pauco existente, sine alio vitio: neque dubites de viriũ robore in prædicto casu: potest esse siquidẽ magna cacochymia cum sufficientibus viribus. Ostenditur, nam multos vidimus optimates, & diuites, imò & pauperes, & religiosos prauo victu vtentes, aut omninò inordinatos in rebus non naturalibus; magna humorum corru-

ptione

ptione laborantes,& alia ex parte cum virtute valida: vt mirum ſit, quomodo ſit poſsibile vires cordis conſtare. Sed accedit (præter experimentum) ſententia Gale. in illo aphoriſ. Quibus ſemel, aut bis, &c. In commento facit hanc diſtinctionem: parum, & ſæpe alere pręcipit eos, qui cum humorum corruptione infirmas habent vires, at verò copiam alimenti exhibet illis, qui cum humorum corruptione validas obtinent. Rectè ergo poteſt ſtare cacochymia ſola cum viribus ſufficientibus: non tamen poſcit ſáguinis miſſionem, quod inferiùs euidenter ſuo loco probabo.

De alijs multis morbis idem eſto iudiciũ: aſthmaticus à ſola pituita cum pauperie ſanguinis, magno morbo laborat, quòd ſi ſanguinem fundas, peribit ſine dubio: ſic de ſimilibus. Sed conſideraui, quare in re ita neceſſaria, & communi, aberrant Tyrones, & inueni magnam eſſe ignorantiam in diſtinguẽdis ſcopis ab indicationibus: quia vtrumque confundunt, & putant eſſe idem, cum ſint toto cœlo diuerſa.

uersa. Indicatio est agendorum insinuatio; at scopus est id quod præ oculis habemus ad talem indicationem exequendam. Itaque indicatio dicit quid agendnm sit. Scopus, an sit exequendum, & quomodo. Ergo indicatio ad euacuandum, in genere sumitur à peccato humorum; an verò ista vacuatio debeat fieri venæ sectione, aut purgatione, aut frictione, aut balneo, aut alio modo, indicatur a specie, & modo humoris peccantis, & à regione in qua est. Rursus, an debeat fieri vacuatio indicata, & quomodo, non ab indicationibus supradictis, sed a scopis debet experi: quales sunt, vires, magnitudo morbi, ætas, anni tempus, &c. A quibus non solam desumimus executionem, sed modum illius.

Secunda suppositio ex dicta sequitur, semper esse inspiciendam, non solum causam, sed modum illius, ad speciem eligendam vacuationis: nam si non adest species causæ materialis, siue humoralis, quæ limitet hoc, aut

il-

illud vacuationis genus, omnino errabis. Quæ autem ſit hæc ſpecies in progreſſu conſtabit: nam declarando impedimenta, clareſcet ſatis.

Suppono tertiò, ſummam totius tractationis de ſanguinis miſſione, quam ſi Horatius Augenius vidiſſet, aut rectè calluiſſet, nunquam per tot labores, & diſputationes diſcurreret, nec inculcaret paſſim plenitudinem: colligit enim ſuas omnes vires ad probandum, ſanguinis miſſionem nō indicari, niſi à plenitudine totali, aut partiali, aut à motu, vt in reuulſione. Tamē licèt aliqua fœliciter confecit iſte Auctor, nō tamē omnia. Accipe ergo epilogum Galen. & Hipp. veritatis, ex Auice. *Et non eſt flebotomandus, niſi vnus duorum, aut ille qui debet cadere in ægritudines ſanguinis, & cadit in eas. Aut ille qui iam cadit. Et vnuſquiſque iſtorum non flebotometur, niſi ob multitudinem ſanguinis, aut propter vitium ſanguinis, aut propter vtrumque*. Contemplare obſecro iſtam diuiſionem, & ſeparatim vnumquodq; membrum di-

nidas: dilucida enim via ostendetur inter scopulos, & ambages recentiorum. Peccat massa venarum, aut multitudine, vel quoad vasa, vel quoad vires: sanguis debet mitti, aut gratia præcauendi morbum magnum futurum, aut gratia abolendi causam iam præsentis morbi.

Secundum membrum. Aut nulla adest plenitudo ex dictis, nec totalis, nec partialis, sed solum vitium sanguinis: in hoc etiam statu indicata est talis vacuatio. Facit certè Auicen. distinctioné manifestam, dicens: Aut propter vitium sanguinis, id est, sine multitudine aliqua, nam membra diuidentia ad inuicem dicunt distinctionem. Quid antiquitas intelligat per vitium sanguinis, latissimè inuenies, quando agemus de causis præter naturam. Modò id moneo: vitium sanguinis, aut intelligi in ipso quarto humore (qui sanguis dicitur) per propriam alterationem, aut ab alio humore illatam. Rursus hæc illata alteratio, vel contingit supposita miscella humoris vitiosi cum ipso sanguine,

guine: vel quamuis non ſit mixtus, ſed iuxta poſitus, ſufficienter tamen vitiat, & alterat ſanguinem, ita vt poſcat extrahi, ne amplius putreſcat.

Sed dubitas, quid intelligã, quando dico vitiari ſanguinem per propriã alterationem? Non intelligo, quòd ipſe ſanguis ſe ipſum alteret (vt præſens petit contemplatio) ſed quod patiatur ab aliqua cauſa ipſe ſolus. Vt enim contingit, quòd bilis putreſcat ſola in morbo pituitoſo, &c. ita fieri poteſt, vt ſanguis, quartus humor, ab aliqua cauſa alteretur ſolus: non quidem eſt maior ratio, nam ſecundùm diſpoſitionem paſſi contingit, vt luceant actiua in vno, & non in alio. Quod autem audis de quarto humore, ſanguine, intellige etiam, & de tota maſſa, quę poteſt vitiari ſine vllo peccato in quanto. Ergo ad rem. Intentum Auicennę eſt docere, debere mitti ſanguinem, quando ſine vlla plenitudine vitioſus eſt. Hoc nunquam potuit intelligere Augenius: nam neq; viribus grauatis, neque vaſis diſtentis, in toto, aut in parte, neque moto

ſanguine ad aliquam partem debet vena ſecari, ſi vitioſus ſanguis eſt aliquo ex prædictis modis, & infra dicendis, ſi alio modo corrigi nequit.

Rurſus ſub vitio comprehendi poteſt malus motus localis maſſæ ſanguineæ: nam quando mouetur ad aliquam partem inflammandam, vel alia moleſtia afficiendam, aut quando ex caſu ab alto contingit humorum motio, ſanguinem mittimus, ob vitiũ in motu, qui poteſt accidere, aut iam accidit.

Vltimum membrum diuiſionis, eſt propter vtrumque, id eſt, propter multitudinem ſimul cum vitio, vt in ſynocho putrida, &c. Quæ omnia vſque ad minimas differentias ſunt deducenda, in lib. 3. huius operis: ſed hæc paucula viſa ſunt neceſſaria. Nam alia communia ex tractatu de vacuandi ratione ſunt petenda.

Quartò ſupponendum eſt, duplicem eſſe vacuationem: quædam enim eſt integra, ſic appellata, quia integrè poteſt, & debet fieri, ſecundùm integram exigentiã cauſæ efficientis morbum,

bum. Poteſt fieri, quia nullum adeſt impedimentum; debet fieri, quia talis eſt cauſa, & morbus, vt completam euacuationem requirat; vt validis viribus, tempore Veris, ætate florente, ſi adſit magna febris, pendens ab ingẽti plenitudine, integram & confertam vacuationem exercet medicus: nullum enim eſt impediens, & vrgent expoſcentia. Alia autem eſt vacuatio non integra, & infra medietatem, parca & paulatina, quam ſic limitat, & coarctat vis impedimentorum, quę talis poteſt eſſe, vt ne guttam ſanguinis (vt ſic dicam) permittat extrahere ſine certo periculo mortis. Sed quia omnia hæc clariùs ſunt explicanda, ſolùm terminos, ſiue nomina volui proponere.

C A P. III.

Temperies totius, quæ ætatem comprehendit, quomodo impediat ſanguinis detractionem, vbi de pulſibus ſenum.

INter res naturales enumeratur tẽperies totius corporis, ſub qua ætas comprehenditur. Si enim temperi-

peries nimis humida est, & præsertim si calida etiam, sine dubio impedimentum aliquod obijcit, ne euacuatio fiat; quia tale corpus nimis resoluitur ex propria natura: cuius conditionis sunt pueri, qui ratione propriæ temperaturæ non possunt per sanguinis missionem euacuari. Quam conclusionem malè intelligentes aliqui, nequè percipientes sensum Gal. in lib. de sanguinis missione, in tantum errorem deuenerunt, vt ante decimũquartum annum non auderent mittere sanguinem, & ita pueros febricitantes, aut dolore, aut angina laborãtes interficiebant, credentes inedia, frictionibus, vnctionibus, balneis, posse ægrum curari. Qui error iam ita obsoleuit, vt medici huius temporis, in omninò contrariam venerint sententiam, & pueros euacuent quasi iuuenes, tam largis, & multis sanguinis extractionibus, nulla ratione ætatis habita.

Ergo ars aliam viam docet; vacuandos scilicet esse pueros, non integra vacuatione, quæ adæquet magni-

gritudinem causæ, & morbi, sed ab ista tantùm adimendum, quantùm natiua impedit resolutio, & corporis teneritudo. Numquam enim legisti Galen. ad animi deliquium misisse sanguinem in pueris, sed in robustis iuuenibus. Vt quid? Quia talis est continua istius ætatis exhalatio, & euaporatio, vt labefactetur omninò natura ex ingenti, & subita vacuatione. Ergo requirit mediam, & partitis vicibus factam, interim reficiendo vires. Hoc autem opus neutiquam suppleri potest per inediam, & alia supradicta (maximè in pueris.) Primò, quia talis euacuatio lenta, & tarda est, & dum fit, suffocatur puer humoris abundantia. Secundò, quia vacuatio per inediam, est simul carnium colliquatio, & spirituum resolutio; miserrimum Erasistrati remedium: dum enim euacuatur, quod sanissimũ est, & quod omni culpa caret, eodemmet tẽpore humores peccantes magis accenduntur, febris augetur, & in mortẽ deducitur æger, aut tabidus fit, aut alio morbo consumptus.

ptus. Igitur pueri exposcente causa morbifica, vacuandi sunt per sanguinis missionem, non integram, sed cùm cautione prædicta.

Illud autem commonefacere non desinam, talem posse temperiem esse, & ætatis constitutionem, vt omninò renuat, & impediat sanguinis extractionem. Nunquam extraxi sanguinem in recens natis: statim enim ab ortu, quis talem vacuationem tentat? Id etiam suasit Gal. lib. de sect. ad eos, qui introducuntur, capit. 3. expressis verbis: quo loco, neque decrepitos, siue in vltimo senio constitutos audet vacuare. Certè vidi senem morte naturali iam expirantem, & quidam medicus considerans difficilem respirationem, & laboriosam, quę tunc temporis euenit, vt ventilaret cor, venam pertudit, statimquè cum sanguine animam effudit. Decrepiti ob paucitatem sanguinis, & virium extremam debilitatem, & ob prę sentiam multorum crudorũ succorũ, neutiquã hoc modo sunt vacuandi. Alij verò senes, tàm virides, quàm magis prouecti, solent

lent rectè tolerare istam vacuationẽ, quia solent magnam partem pituitę in sanguinem conuertere (hepate benè valente) & replentur venæ. Vidique plures senes meliùs ferre sanguinis moderatas extractiones, meliùs multo quàm iuuenes. Vndè rectè Gal. lib. de sanguinis miss. *Stultum dicit esse ætates numero annorum metiri, nam sexagenarius validus rectè sectionem uenæ admittit*. (non dixit decrepitus, ne sibi contradiceret, lib. de sect. citat) Et ita Celsus dicebat. *Firmus puer, ualidus senex, & grauida mulier ualens, tuto curantur*, lib. 2. c. 10.

Itaque decrepitus ob dictas causas renuit vacuationem: infantulus, qui adhuc calet à partu, qui non videt lucem, vis vt videat carnificem? Qui non didicit lactare, qui primã coctionem nondum est aggressus, nec habet vnde reficiat quod amittit, quomodo tolerabit dispendium spiritus, & sanguinis materni nondum sui?

Notandum tamen in senibus sæpe pulsus apparere validos, quia flatu plenæ sunt arterię, & speciem for-

tium

tium præ se ferunt, & tamen qualibet vacuatione, vnica, & moderata, statim concidunt. Aduerte quod dico: non loquor de pulſu duro ſenum, qui propter ictum solet ementiri vehementiam, sed de effectibus flatulentæ ſubſtantiæ arteriarum: cùm enim flatus cedat aliquantulum, putabis pulſum oppreſſum mole humoris: & quidem non eſt humor, ſed flatus, in quo magnus poteſt error committi. Quamobrem obsecro (quia pulſus cognitio ita difficilis eſt) vt attētiſsimè animum applices alijs ſignis, ex animalibus actionibus, & victu optimo, ac bona ciborum multorum concoctione, & carnium soliditate, ac vacuationum consuetudine: his enim ſic ſtantibus, tentare poteris ſine periculo euacuationem.

Illud autem, quod de pulſibus senum dixi, explicationem petit. Dico, quòd pulſus durus ob ſiccitatem senilem aut tabidam, sensum infert pulpę digiti noſtri, maximè diuersum à pulſu flatulento (ſic volo nominare claritatis gratia) nam durities ex ſiccitate

ſemper

semper habet comitem pulsum angustum, quia arteria per talem siccitatem contracta, paucas partes pulpæ laterales attingit, & sic videtur pulsus durus scindere pulpam in longitudine, magis quàm in latitudine, sicut pulsus angustus. At verò quando flatus adest copia, violenter distendit arteriam, ita vt cum arteria pulpam impellit, sentiamus pulsum latum: tangit enim plures partes digiti. Hoc itaq; modo, & hac attentione distinguere oportet istos pulsus ad cognitionem causarum in senibus. Non solet autem talis pulsus fieri ad præsentiam sanguinis, aut alterius humoris: nam senes, de quibus loquimur, sanguinem habent infra mediocritatem, & abundantiam pituitæ; isti autem humores non valent distendere, & inflare arteriam, sicut flatus, qui tenuior est, & melius se applicat poris, vt distendat.

Ex dictis infertur, quòd senes non admittunt integram vacuationem, non solùm ob imminentem, & futuram debilitatem, sed ob presentem. Omnino

nino verò illam respuunt; qui decrepiti vltimos agunt vitæ terminos, vt dictum iam est.

Aliqui tamen medici futili ratione innixi, putant, quòd sicut reformidamus pueros euacuare, ob insitam cõtinuam exsolutionem, & corporis fluxibilitatem; ita contrario modò senes audacter possumus vacuare, quia minùs resoluuntur, & duram, strictáque habent cutem, & ob id minus euaporant, Sed falluntur, nam essentialiter sunt debiliores, ob deperditionem temperamenti substantifici: atque cùm præ duritie cutis minus exhalent, ob eandem rationem difficulter à morbis liberantur, quia deficit illis illa vacuatio vniuersalis cutanea, per quam non solùm fuligines, sed madores, & sudores solent plures morbos terminare: atq; adeò morbi, qui in pueris sunt faciles, in senibus sunt difficilis solutionis, longi, & recidiui.

Vndè ad purgantia medicamenta melius se habent senes; tùm, quia cute densata recurrere ad interiora

humores


humores solent, exitum quærentes; atq; ob suam grauitatem, per ventrẽ facilè feruntur. Præterea, quia cùm frigidi sint, minùs læduntur à caliditate medicamenti purgantis: tertiò, quia cùm debiles etiam existant, meliùs ferunt purgationes, quàm sanguinis missiones. Certum enim est maius robur requiri ad sãguinis euacuationem: quamuis vires necessariæ ad purgationem debent securiùs constare (vt in quæstione propria determinatum est.)

Est autem tanta copia medicamentorum benedictorum nostris temporibus, vt necessitate præsente, & pueros, & senes facilè purgemus. Pueri tamen, quia calidiores, minùs calida poscunt.

CAP. IV.

Corporis habitus quomodo impediat uacuationes.

CORporis habitus potest vacuationem integram impedire, qualis est rarus admodum, & mollis: teste Gal.



Gal. 9. meth. c. 5. & lib. de sanguin. miſ.

Oris etiam vẽtriculi peculiaris quidam habitus, ſeu cõpoſitio adeò propter raritatem ſenſilis, aut propter defectum ſubſtantiæ, cuius cauſa facilè totius corporis ſuperfluitates, bilem precipuè ſuſcipit; & ob id in animi deliquium in vacuationibus incidit. Vnde Gal. 9. meth. cap. 5. dicebat; ſupra modum senſile ventriculi os sanguinẽ detrahendum dehortari: id quod ſæpè conspeximus in nonnullis, qui & ſi robur habeant, carnoſique ſint, tamen nunquam illis ſãguis extrahitur, quin animi deliquium incurrant. In quo casu magni medici cõsueuerunt, nonnihil cibi roborantis, ac sensum obtundentis ante venæ ſectionem ægrotis exhibere, vt malum punicum, aut paululum panis aqua imbuti, aut ſimile aliquid, quod temperando humorem, ſimul & partem, proficiat.

In his autem tutius eſt vacuationem partitam, & per interualla exercere, & ſupplere quod deficit euacuationi, clyſteribus, aut leuiſſima purgatiuncula,

cula, & cibis qui mollem ventrẽ reddant, vt sunt prunum passum sacharo conditum, lactuca cocta; hoc inediæ genere, & multitudo minuitur, & ventriculus liberatur.

Corporis habitus pinguis, & albus; vacuationem sanguinis impedit. Audiamus Gale. 11. meth. c. 15. *Si enim cui sanguis mittitur triginta annos natus sit, sed laxus, & mollis, & pinguis, & albus, & gracilibus uenis, huic aut sanguinem planè nõ detrahes, aut parum detrahes, &c.* Quibus verbis frigidam, & humidam temperiem insinuat, quæ vacuationem impedit, verno quidem tempore, & hyeme, ne innatus calor refrigeretur, pereatq; æger, æstate, ne exhalet simul cum spiritibus. Hoc enim tempore paucus est spiritus in visceribus, quamobrem attentissimè, & maxima cautione inspicienda est vacuatio, vel vt non fiat, vel præsente necessitate, parcè fiat.

Habitus etiam gracilis non quamlibet purgationem admittit. Nam vt docet Hipp. 4. aphor. 6. Quia humores indicat tenues, & biliosos per superiora

periora purgationem exposcit; è contra verò mediocriter carnosos non per superiora, sed per inferiora purgare præcipit. Similiter habitus quidam quorumdam qui alati dicuntur (habent enim humeros eleuatos, pectusque strictum) purgationes per superiora omninò impediũt, vt docuit Hippoc. 4. aphor. 8. explicante Gal. in commen.

C A P. V.

Temperies partis impedit uacuationem.

PArtium temperies, talis potest esse, vt vacuationem prorsus impediat, aut saltem minuat: nam quod immodica vacuatio facit in partibus sanis, & benè temperatis, id facit moderata in partibus intemperatis. Facit autem vacuatio immodica in partibus sanis tales noxas, quas refert Gal. 9. meth. cap. 10.

Frigida ergo temperies præcipuè vacuationem impedit, suo ordine, secundũm partis naturam, & excellentiam. Primò corde existente frigido,

cum

cum magno mortis periculo exercetur sanguinis misſio. Secundò, in cerebri frigiditate. Tertiò, in hepate. Quartò, in ventriculo frigido. Nam cordi infert ſincopen, cerebro apoplexiam, paralyſim, epilepſiam, vertiginem, hepati hydropem, ventriculo coctionis tarditatem, & cruditates infeſtiſſimas inducere ſolet.

E contra verò calida, & ſicca partis intemperies purgationem impediet, præcipuè ſi ventriculus intemperatus ſit: ſiquidem primus omnium medicamentum integris viribus ſuſcipit, & ex conſequenti maximè ab illo patitur. Quamobrem quando complexio calida, & ſicca eſt, & debilis compoſitionis, & debilis ſtomachi (vt verbis vtar Auicen. 4. 1. cap. 5.) *Et æger ſi purgandus eſt, melius ei erit, vt medicinam bibat, poſtquam prius biberit aliquid, quod ſit ſicut aqua hordei, aut ſuccus granati, aut vt vniuerſaliter dicam, poſtquam ſtomachus receperit nutriens ſubtile, & leue*. Ex qua ſententia Auicenn. orta eſt in Hiſpania conſuetudo, vt ante

quamlibet vacuationem ſanguinis, aliquid porrigant medici alimenti leuis: nam licèt Auicen. de purgatione loqui videatur, tamen propter debiles, aut qui facilè ex qualibet humorum agitatione, & motu fatiſcũt, aut timore ſciſſionis venæ, non abs re ventriculi, & ſpiritus vitalis prouidentiam habemus. Quod non animaduertentes aliqui Recẽtiores, morem noſtrum ſine fundamento redarguunt.

Sed redeo ad partium intemperiem calidam. Poſt ventriculum, ſequitur iecúr, quod ſecundo loco maximè læditur à medicamento purgante calido. Equidem longo vſu comperti, in hydrope ab intemperie calida nullo modo rhabarbarum proficere: vt veram exiſtimem ſententiam neotericorum, ex Auicẽna clamantium, rhabarbarum eſſe vitam jecoris frigidi, & mortem jecoris calidi. Vſus igitur medicamentorum calidorum, & ſiccorum, tabefacit jecur calidum, inextinguibilem ſitim inducit, & incurabiles reddit affectus.

Ter-

Tertiò loco constituitur cor. Quartò, cerebrum. Quis enim in cerebro ad caliditatem, & siccitatem intemperato, non reformidat purgantium calidorum vsum? Vidi enim phrenitides, aut dolores, & habituales alios affectus, & debilitates accidere.

Renes etiam calidi (quinto loco) medicamenta calida expurgantia respuunt. Quam indicationem non video ponderari, sed indistinctè, syrupum de cichorio cum duplicato rhabarbaro, & alia similia aliqui exhibēt, quibus renes exardescunt, & periculum ardoris vrinæ, & lapidis facilè incurrunt. Quòd si aliquo ex his malo tentetur æger, perniciosissimus talis vsus purgationis censendus est; manent enim illę partes calidiores, & sicciores, & ad humores biliosos suscipiendos maximè aptæ: nec solum ex medicamentis tali modo purgantibus læduntur renes, sed (quòd longa experientia didici) à medicamentis, quæ facilè inflammantur, vt manna, facilè etiam incenduntur, & ad biliosam tendunt naturam.

At temperies frigida,& humida totius corporis,aut ventris, quamuis videatur aliqua ratione medicamenta expurgantia permittere,siquidem non incenditur à talibus medicamentis, tamen alia ratione illa non admittit: quando scilicet tanta est, vt ventris lubricitatem generet: & ob id Auicen. 14.c. 5.dicebat: Trauli non sustinent medicamenta fortia.Quam conclusionem desumpsit ex Hippocr. 6. aphor. 32. Balbi profluuio ventris maximè capiuntur. Galen. in comment, ad superfluam humiditatem causam reducit, qua balbutientes, siue trauli abundant. Quare in hac intemperie consultissimum est (ne fluxus immodicus accedat) non fortibus,sed benedictis vti medicinis,quales myrobalani, & rhabarbarum, quę simul purgant,& roborant.

Igitur vt summatim conclusionem colligam. In calida intemperie, vacuantia frigida, aut temperata adhibenda: vt cassia, serum, balneum, &c. In frigidis verò, medicamenta calida, quæ spiritus immodicè non eua-

euacuent, qualis eſt moderata expurgatio (à barbaris minoratiua appellatur) quæ citra febris incenſionem valeat aliquo modo minuere humorem: poſt purgationem, ad alia deueniendum, frictionem ſcilicet, inunctionem, inediam, & abſtergentia aliqua non admodum calida.

CAP. VI.

De conſuetudine euacuandi.

COnſuetudinis magnus obſeruator Hipp. illam contemplatus quaſi aliquid expoſcentem, quando aliud ratio artis non petit. Conſuetudinem enim omninò prætermittimus, maioris boni ratione: nam in omnibus morbis deſerimus alimenta ſanitatis, tempus, modum, ordinem: omnia tandem mutamus: quia natura ſuæ cōſeruationis auidiſſima, etiã paruipendit conſuetudinem ſibi cōtrariam: ſequimur ergo appetitum radicalem illius. Sed videamus, an homo, qui aſſuetus eſt euacuationibus, ob ſolam

assuetudinem, meritò petat euacuari.

Equidem disputare an consuetudo in facultatibus naturalibus reperiatur, sicut in animalibus, alium locum petit: nam metaphysici in materia de habitibus, & medici scholastici hoc exagitant. Nos verò in isto tractatu, ad vtilitatem ægrotantium tantummodo aspiramus, consona loquentes principijs Philosophiæ.

Præcipit ergo Galen. 1. ad Glauco. capit. 13. Audacter esse vacuandum eum, qui assuetus est vacuationibus, quamuis fuerit vsus paucis cibis: eum verò, qui nunquam est vacuatus, & si humores abundent, non esse vacuandum. Quæ sententia, si simpliciter intelligatur, non potest vllo modo sustineri, nisi in perniciem ægroti. Est ergo explicanda iuxta artis leges, & fundamenta: nam si omnia ad vacuationem exercendam conspirant, exposcentia, & consentientia, aggredienda certè est vacuatio, caute tamẽ, & cum metu. Hæc autem cautio in paulatina quadam vacuatione, & (vt

sic

ſic dicam) tentatiua conſiſtit. Nam vt Hippocrat. tentatiuam curationem per calida fomenta primus inuenit, vt rectius cauſæ naturam diſceret, & facilioribus remedijs victoriam tentaret: ita ſimiliter remedia magna, quando neceſſaria ſunt, tentanda quidem mediocriter, & paulatim, licèt conſuetudo contraria ſit; fert enim meliùs natura, quæ mediocria, quæ paulatina, vt tandem ex leuibus vacuationibus vna compleatur, quæ ſcopum impleat. Quæ doctrina, non ſolùm de ſanguinis miſſione, ſed etiã de purgatione venit intelligenda: de vtroque enim auxilio diſserimus. Itaque eſſe hominem vacuationibus aſſuetum, maximè conducit, ad vacuationes audacter exercendas: at non eſſe aſſuetum, modum imponit.

Pręterea experimur maximè aſsueſcere naturam vacuationibus: quia hoc aut illo modo deonerata, diſcit quodammodo poſtea eodem modo euacuari. Vnde Galen. cum Hippocrat. 2. de natura humana, ad longinqua reuellendum eſſe ſanguinem do-

cuit, vt natura assuescat contrarijs locis sanguinem amandare. Vtrùm autem hoc sit ob cognitionem naturæ insitam, aut communicatam à facultate animali, cum qua conspirat: aut quia loca illa, per quæ vacuatio sæpe fit, dispositionem quandam, aut habitum acquirant aptum vacuationi, ad physiologiam pertinet determinare, vt supra diximus.

CAP. VII.

Vires quando impediant, & quotupliciter.

VIres primum locum obtinent inter res naturales, tantique momenti est hæc doctrina, vt illa sola omnem medici considerationem postulet ad morbos curandos. Est autem maxima difficultas in cognoscendo facultatis statu. Quamobrem decreui in hac re parumper immorari, relictis omnibus scholasticis quæstionibus de essentia facultatũ, & illarum differentia, & diuersitate à tem-

temperamento. Promiſi enim ea ſolum tractare, quæ ad vtilitatem infirmorum ita ſunt neceſſaria, vt nequeat ſine illis perfici curatio. Igitur ad curationem nil refert, quòd Gal. cum temperamento confuderit facultatem, & nil à temperaméto diſtinctam cognouerit. Dicimus ergo virtutem, ſeu vires, aut facultates fortes naturales, nil eſſe aliud, quàm vim quandã ad optimum ſequutam temperamentum, quod tale eſt, vt non ſolùm ſeruet animam in corpore, ſeu formam in materia diſpoſitiuè, ſed præſtet etiã ád validas actiones exercendas, & tolerandos labores. Talem virtutem communis conſenſus dicit fortem, & robuſtam: debilem verò, quæ contrariam habet rationem. Et ita in morbis vires metimur ad menſuram téperamenti, vt debilitato téperamento, virtus debilitata intelligatur, & roborato, roboretur & ipſa, quod medici ex actionibus cognoſcere ſolent: vndè commune illud Gal. axioma, omnis immoderata diſcraſia deijcit actum propriæ virtutis. Eſt autem duplex

debilitas, quædam essentialis dicta: alia per aggrauationem. Sed agendum prius de essentiali.

CAP. VIII.

Quæ temperamenta sint consideranda in ordine ad robur virtutis, & actiones.

PRobatũ est, in parte naturali quoddam esse temperamentum substantificum, aliud qualitatiuum. Vt autem differentiæ debilitatis innotescant, sciendum prius, quales sint differentiæ temperamenti, quibus anima vtitur ad actiones obeundas. Et licèt sit controuersia, an detur tale temperamentum substantificum, tamen quãtum attinet ad præsentem considerationem, omnes opinantes necessariò debent conuenire. Nam licèt non dentur partes diuersæ in mixto (vt quidam falsò opinantur) correspondẽtes elementis; necessario tamen debent concedere, ita posse alterari partem viuentem, vt amittat in facto aliquid pertinens ad integritatem principij

cipij operatiui, & ex consequenti remanere debilem ad operandum, debilitate essentiali. Sed vt clariùs appareat, quæ sint temperamenta necessaria ad actiones rectè exercendas; exemplum nobis sit temperies hepatis, aut alterius partis, claritatis gratia. Hepar (vt operetur) proprium, & innatum tẽperamentum obtinet cũ tali gradu caloris naturalis; cui coniungitur reliquarum qualitatũ complexus, pro sui nutritione, & generatione massæ sanguineę. Rursus, præter istud qualitatiuum temperamentum, necessario habet quemdam modum substantię in tenuitate, & crassitie, & in alijs secundis qualitatibus, & accidẽtibus, quibus omnibus simul sumptis, substantia illius integre perficitur ad operandum, & per istas primas, & secundas qualitates correspondet elementis, ex quibus factum fuit: & similiter dico de corde, & alijs) Vndè pars hepatis, quæ rarior, & tenuior est, & calidior, respondet igni, quæ minùs rara, cum aliqua humiditate, respondet aeri; reliquæ verò suo or-

dine correſpondent craſſioribus elementis.

Ex his conſtat duplex reperiri in membris temperamentum, alterum qualitatiuum, primarum qualitatum; alterum verò proportionis ſecundarum. Eſt autem magna differentia inter iſta duo, licèt ſecundum videatur emanare, aut produci à primo. Qualitatiuum facillimè alteratur, prouiditq; natura, vt haberet quandam latitudinem intra limites ſanitatis, vt non qualibet alteratione euertatur: laboraret enim ſemper animal, ſi quolibet motu animi, aut corporis, alterato iſto temperamento, in morbum ſenſibilem incideret. At altera proportio ſecunda, difficiliùs amittitur. Primò, quia debet præire prima alteratio: ſecundò, quia tales partes magis reſiſtunt. Hæc ita aperta ſi negant aliqui, non tamen poſſunt negare corruptionem alicuius partis ſubſtantię ex vi alterationis, quę corruptio partialis in hectica eſt euidens, quia carnes conſumuntur. Hoc ergo, quod vides in hectica, ſuo modo conſidera in aliјs morbis habitualibus,

bus, & factis, in quibus aliquid deficit in parte affecta, partinens ad integritatem substantiæ indiuidualis: hoc vocamus, nos intemperamentum substantificum: quia non solum est amissio qualitatis primæ solitariæ. Iam vides duo temperamenta satis manifesta, nisi velis agere de nomine.

Rursus præter dicta, quæ partibus sunt propria, sunt alia, quæ à corde influunt, spiritus scilicet, qui substātia quædam est mixta, & halituosa, suo etiam debito temperamēto qualitatiuo prædita. Hic enim spiritus hepar, & alias partes calore vitali ita fouet, & actuat, vt sine illo non possint neque concoquere proprium alimentū, neque nutriri, & augeri.

Ergo actio partis non erit valida, & robusta, nisi habeat suum debitum tēperamentum qualitatiuum. Secundò, suum debitum substantificum. Tertio debite temperatum calidum influens, siue spiritum vitalem. Quartò, debitam proportionem in secundis qualitatibus ipsius spiritus vitalis, cum debita quantitate.

CAP.

CAP. IX.

Differentiæ debilitatis essentialis.

EX dictis patet, differentias debilitatis essentialis sumi à principijs internis necessarijs ad actiones, à temperamento qualitatiuo, & à substantifico partis viuentis, & à qualitatiuo, & substantifico calidi influentis: siquidem ista omnia sunt simpliciter necessària ad vegetales actiones: & paucis mutatis, idem intelligendum in animalibus, nam omnia ista fundamenta sunt ad sentiendum, & mouendum, quibus superuenit spiritus animalis, & vis sensitiua, & motiua. Igitur, vt differentiæ morborum sumuntur ex rebus læsis constituentibus sanitatem, ita debilitas essentialis sumit suas differentias ex defectibus principiorum, ex parte corporis concurrentium ad actiones, & ob id meritò vocatur essentialis.

Quòd vero istæ sint differentiæ distinctæ, siue gradus diuersi debilitatis, ita vt separatim possint contineri, & ali-

aliquando coniungi, facilè ostenditur. In larga sanguinis missione debilitantur vires, ob defectum calidi influentis, sanguinis & spiritus: nam deficiente sanguine in venis, etiam deficit in arterijs, & corde, in quibus arterialis fit ex venali, & ita solet manere æger debilis, vsque dum reparet amissā substantiam in quantitate debita. Vide solam debilitatem essētialem, propter defectum vnius principij, quo vires innituntur. Secundò, qualitas contraria vitalitati cordis (non vitalitati metaphysicè loquendo) id est, cordifico temperamento, qualis frigiditas, aut alia qualitas illi contraria, corrumpet temperiem qualitatiuam ipsius, intacto sanguine venali, & arteriali, & erit manifesta debilitas essentialis, quamuis statim communicetur calido influenti.

Quòd in alijs partibus etiam videmus, mutari scilicet partis temperiem, illæso calido influente. Tertiò, idem considerandum in spiritu vitali: potest, siquidem variari eius qualitas illæso substantifico temperamento.

Itaque

Itaque vires impotentes redduntur, aut ob spiritus corruptionem, quæ contingit ab immodica intemperie, aut vacuatione superflua, vt dicebat Galen. lib. de vsu resp. c. 5. vbi per immodicam intemperiem, non solũ intelligimus calorem, aut aliam qualitatem primam excedentem, sed omnem qualitatem contrariam, secundam, aut tertiam: qui modi corruptionis similiter reperiri possunt in partibus solidis, quæ aut resoluuntur (quod genus est diminutionis) aut maligna qualitate dissipantur. Ex his verò quatuor modis, difficillimus iste postremus, quando scilicet viuentes partes, quoad suam substantiam dissipantur, in quo debilitas maior, & periculosior consistit.

Præthereà, omnia quæ diximus de differentijs debilitatis, debemus considerare in omnibus virtutibus, quibus gubernamur, animalibus, vitalibus, naturalibus, & in speciebus infimis illarum: & ita completa erit omnium differentiarum enumeratio.

CAP.

CAP. X.
De causis debilitatum essentialium.

SAtis constat omnes intemperies primarum qualitatum, omnes malignas qualitates, aut venenosas, aut quomodolibet ob prauum modũ contrarias nostræ naturæ, esse causas debilitatis essentialis, cuiuscunq; sortis existat. Prætereà, omne id, quod sua mole, & quantitate naturam ita grauat, vt destruat aliquod principiũ actiuũ ad liberũ motũ, aut naturalem actionem facultatum necessarium, inter causas debilitatis essẽtialis est referendum. Nam licèt primo sit debilitas per aggrauationem, transit tamen in debilitatem per essentiam, ab eadem causa grauante, & impediente conseruationem instrumentorum vitalium: & ita debilitas per aggrauationem est causa debilitatis essentialis, vt in gangrena à plenitudine. De hac autem causa grauante postea agendum est, cùm loquemur de altero

genere

genere debilitatis. Nunc de sola essentiali agimus. Hanc dicimus nunc, fieri à quacumque nobis contraria intemperie, de qua in hoc capite agimus. Est verò difficultas, an à fiente, aut facta, ob varium modum loquendi Gal.

CAP. XI.

An intemperies fiens sit sufficiens ad debilitatem essentialem efficiendam.

COgor ad scholasticum morem recurrere (in præsenti discursu) quia clarissimus est, & desidero, vt omnes, aut tyrones, aut prouecti, rem istam ita necessariam intelligant, à nemine quem viderim explicatam.

Videtur quòd intemperies fiens possit esse causa sufficiens debilitatis essentialis. Primo, quia sæpius videmus in febribus putridis (quæ fientes sunt intemperies) facultatem essentialiter debilitari, aut ob calidi influentis paupertatem, aut corruptionem,

-nem, aut cordis discrasias, aut propter vtrumque.

Secundò, quia (ex multis Gal. locis) ex actione vitiata, colligimus facultatis debilitatem. Sed intemperies fiens vitiat actum virtutis. Signum ergo est ipsam virtutem debilitari.

Pro solutione huius difficultatis, supponere oportet, acceptiones facti, & fientis, quas lib. de morb. & sym. & lib. de febr. latè explicui; sed nunc breuiter. Fiens in rigore physico, est quòd totam essentiam habet in fieri, vt motus, & omnia successiua. Hoc modò nullus morbus est fiens, quia satis fulè probatum est, morbum esse affectum permanentem (non vt Olympicus putauit) quia licèt longus, aut breuis sit, dicit aliquas partes persistentes, quibus integratur; ita vt licèt vnius horæ sit morbus, suã essentiam habeat permanentem, sicut morbus vnius anni, licèt differant per maiorem, aut minorem durationem: vt puer vnius anni, & senex centum annorum, homines sunt.

Medici tamen vocant morbos fientes

tes illos, qui licèt facti sint, habent tamen adiunctam generationem nouæ intensionis à causa agente. Aduertendum igitur, quòd tales morbi sunt propter illud, quod habent factum: sed dicuntur fientes, quasi per quandam differentiam, & circunscriptionem, ab illo, quod continuo de nouo fit. Intemperies ergo fientes, quæ reuera sunt morbi, hoc modo se habent.

Rursus illud factum morbosum permanens, aliud est habituale, vt hectica: aliud in dispositione, vt febris putrida: quæ differunt hoc modo, quantum ad esse caloris in subiecto, licèt apud medicos alijs modis differant, qui ad hunc locum non pertinent. Hoc supposito, respódemus difficultati única conclusione. Intemperies, quæ causari debet debilitatem essentialem, debet esse facta, & magna. Ista propositio ostenditur, ratiotione sumpta ex ipsa rerum natura; Nam quòd ipsa concessit elemétis, & mixtis, non debebat negare viuentibus. Sed mixta, & elementa non debilitan-

bilitantur quoad ſuas virtutes, niſi à ſuo contrario recipiant aliquid notatu dignum in facto eſſe. eſſet quidem, exiſtere qualibet ex cauſa extra propriam naturam. Ergo partes noſtri corporis non amittent proprium robur, vſque dum in facto eſſe ſint maximè intemperatæ. Atq; ob id prouidit diuina ſapientia, vt certa quædam eſſet latitudo ad patiendum, vt non ſtatim amitteretur propria virtus. Sic enim ſeruatur mundus ex contrarijs conſtitutus, & differtur rerum interitus.

Secundò, quia intemperies fiens, vt fiens eſt, non dicit, niſi tendentiá ad mutatum eſſe. Ergo nec mutatam partis temperiem, neque eius infert debilitatem: hoc enim conſtat ex præciſa definitione fientis. Quam doctrinam docuit Gal. eleganti loco, agens de corde, & de ſanguine, aut humoribus ipſum circundantibus. 1. de præſag. ex pul. cap. 4. his verbis: *Vbi iam vſus ad vltimam diſsolutionem deuenit, corporibus cordi vicinis refrigeratis,*

non

non poterit etiam corpus cordis non intemperatum existere, quod nihil est aliud, quam facultatem esse debilem, &c. Vide quo pacto Galen. vt debilem facultatem essentialiter agnoscat, cordis intemperiem ita factam proponit, vt dicat esse vltimam vsus dissolutionem.

Quam sententiam confirmat 4. meth. cap. 4. imbecillitas (inquit) partis nihil est aliud, quàm intensa intemperies (subintellige, id est, secuta, ad intensam intemperiem) Idem asserit lib. 3. de causis symp. cap. 2. & lib. 2. aphor. ad tex. 2. & 3. de præsag. cap. 2. Et quamuis his locis non explicet, quæ intemperies sit, supponit tamen debere esse factam, modo explicato, lib. de præsa. ex pul. citato. Quando autem dicit intensam debere esse, apertè asserit esse factam: nam quæ intensa, est radicata, id est, facta censetur, aliter non potest esse intensa.

Vndè satis constat, quid dicendum ad opposita. Ad primum dico, nullam in febribus putridis adesse debilitatem essentialem, nisi propter illud, quod

quod iam impreſsum, & factum eſt in parte viuente. At verò quod fit, habet ſe ex parte cauſæ efficientis, & totum eſt in motu, & ex conſequenti nondum fundat, aut conſtituit firmam, & eſſentialem debilitatem. Atq; adeò iuxta menſuram illius, quod diſsipatum eſt in febre putrida, erit menſuranda debilitas; ſi parua facta eſt diſſipatio calidi natiui, parua erit debilitas, & è contra.

Ad ſecundum dico. Non ex quacumq; læſione, aut vitio actionis, poſſumus colligere eſſentialem debilitatem, ſed ex magno, receſsu; iſte enim arguit eundem ſtatum in principio operatiuo.

CAP. XII.

Quare Gal. dixerit, intemperiem fientem mutare vſum, & non efficere debilitatem eſſentialem.

DIfficilis, & obſcurus extat locus, Gal. tamen confirmat noſtram ſupradictam ſententiam, lib. de præſag.

lag. ex pulſ. c. 4. vbi profitetur, non eſſe eſſentialiter læſam facultatem, vſq; dum in corde ita ſit mutatum tẽperamentum natiuum, vt præpolleat aliquod elementum (quam mutationem nos dicebamus pertinere ad tẽperamentum ſubſtantificum) Sed difficultas eſt in verbis ſequentibus, quæ in principio capitis continentur. *Ad eundem modum, cordis corpus, cùm immodicè refrigeratum ſit, calefactum, aut humectatum, aut deſiccatum, pulſus, pro ſuæ intemperiei modo facit languidos, id quod illi eſt, eſse offenſam facultatem. At verò conſuetudinem cum ſanguine habere in ipſius ſinibus contento, & cum ſpiritu, qui calidior (longè ac naturalis ſtatus requirit) ſit, aut cum eo, qui in inuolucro cor ambiente eſt, vel in pulmone, aut cum ipſo etiam inuolucro cor ambiente, & pulmone, eſt tantum variaſse, vſum citra offenſionem facultatis. Eandem habet rationem refrigeratum eſse, & refrigerari; vbi in ipſo cordis corpore temperando prępolleat elementum frigidum, læditur facul-*

facultas. Sin in tunica cor ambiente, & in pulmone, & sanguine, & spiritu, quos eius ventriculi continent, vsus est remissio. Iam humiditates, & siccitates, si in ipso corpore cordis consistant, nocent facultati: si in quopiam vicino, non immutant vsum: si quidem proba temperatura, & intemperies, ex quatuor fiunt elementis: vsus verò accessiones, aut remissiones, ex calido, & frigido dumtaxat. Vbi iam ad vltimam vsus dissolutionem deueniat, corporibus vicinis cordi vehementer refrigeratis, non poterit etiam cordis corpus non intemperatum esse; id quod nihil est aliud, quàm debilitari facultatem. Hæc Gal. Equidem multa paucis docuit, & difficilia, nisi accedat ratio supra tradita, & diuisio nostra, facti & fientis. Sed Galen. aliquãdo ita subtiliter loquitur, vt non capias, nisi firmiter hæreas alijs, quæ micrologicè nonnumquam contéplatur. Explico locum per quasdam propositiones, claritatis gratia: et suppono, quòd licèt positũ est exemplum in corde, obtinet tamen doctrina

C (paucis

(paucis explicatis) in alijs partibus viuentibus animalis ſanguinei.

Prima propoſitio. Eſsentialem debilitatem, veram, & propriam agnoſcit Galen. quando mutata eſt proportio elementorum componentium partē, ita vt alterum præpolleat: tunc enim verè, & propriè languet facultas, & per excellentiam dicetur eſſentialis debilitas: quia deficit aliquid essentiale, nempè proportio debita elemētorum, ſiue correſpondens elementis. Vide quam apertè ſenſerit Galen. ſtatuendum esse tepmperamentum, quod nos vocamus ſubſtantificum.

Secunda propoſitio. Qualis fuerit intemperies in corde, producens hanc improportionem elementorum, tales erunt languidi pulſus: nam ſi caliditas magna, & intenſa fuerit, erit languidus cum aliqua celeritate, aut frequentia: ſi magna frigiditas, erit lāguidus cum raritate, & tarditate, & aliquantula duritie; ſi humiditas intenſa, erit pulſus languidus, cum mollitie: ſi autem nimia ſiccitas, erunt pulſus languidi, duri, anguſti, longi gra-

graciles. Hanc conclusionem continet Gal. illis verbis: *Pulsus pro intemperiei modo facit languidos.*

Tertia propos. Cum plura sint cordi vicinitate propinqua, vt sanguis, & spiritus, quæ in ventriculis, & sinibus continentur, & qui est in tunica ambiente, & in pulmone, aut in vtroque simul, necessarium est, vt cor habeat mutuam consuetudinem, id est, agat, & patiatur ab his, quæ in talibus partibus continentur, provt hoc, aut illo modò fuerint affecta, & intẽperata: sunt enim proxima, & habent efficaciam ad agẽdum: sed dum agunt in cor, vsum quidem adaugẽt, aut immutant, tamen facultatem cordis nondum essentialiter debilitant: quia nondum mutant proportionem illam substantialem (quam vocat Galen.) elementorum.

Fundamentum istius propositionis, desumitur ex his, quæ de mente Galen. supra dixi de fiente, & facto. Cùm enim humores, & spiritus contenti in partibus circa cor, ipsum alterant, clarum est, quòd tota illa alteratio est

quid fiens; & in rigore non est aliquid factum. Apparebit ergo mutatio vsus (sicut in febribus ab humore longius existente contingit) quòd enim primum faciunt tales causæ agentes, nil est aliud, quam variare vsum, & ex consequenti pulsum. Differt tamen hæc variatio ab alia, quæ fit in alijs febribus: quia est cum maiori periculo, & citius accedit ad essentialem debilitatem.

Et licèt augmentum vsus, aut illius variatio, non contingat vt plurimum, nisi mutata temperie cordis (ad huius enim medelam faciunt differentiæ pulsus) tamen Galen. nulla facta mentione intemperantię cordis, solius vsus mentionem facit: quia illa parua, & remissa est, quæ nondum facit mutationem in proportionibus elementaribus: & ob id dixit, solùm vsum mutari, cuius mutatio conspicua apparet in pulsibus, sicut (exempli gratia) in exercitio, & alijs motibus corporis, & animi, & febribus incipientibus, tunc certè vsus mutatur, & non mutatur status proportionum ele-

le-

lementarium. Quamuis verum sit mutationem vsus diutius perseuerantem, tandem inferre essentialem illam cordis mutationem.

Quarta proposit. Quando iam temperamentum substantificum variatum est, verbi gratia, versus frigiditatem, præpollente elemento frigido, in tali casu, eandem habet rationem, refrigeratum esse cor, & refrigerari; siquidem essentialiter læditur facultas: nã illud refrigerari, licèt sit fiens, cùm dicat vnionem ad illud, quod iam in habitu factum est, eandem videtur habere rationem, vt simul debilitas essentialis, & læsio facultatis ab vtroque procedat, non quidem à refrigeratione, vt fiens absolutè, sed sub dicta ratione, quatenus importat terminum nouum vniendum cum facto esse, siue cum refrigerato habituali. Et hoc intellexit Gal. quando dixit, Refrigeratum esse, & refrigerari, eandem habet rationem, & læditur facultas, aliter non potest intelligi.

Quinta propositio. Si pericardiũ, si pulmo, si sanguis, & spiritus, qui

continentur in ventriculis, frigescant, remittitur vsus: at verò si humiditas, aut siccitas corpus cordis in facto esse afficiant, apertum est, quod nocent facultati, & essentialiter debilitát. Tamen si sola humiditas, aut sola siccitas afficiat, & distemperet prædicta cordi vicina, non poterunt vsum, vel augere, aut minuere: quia talis mutatio vsus, præcisè, & propriè loquendo, fit à calore exsuperante, aut frigore: constitutio enim mixti, licèt fiat ex quatuor elementis, tamen vsus permutatio à solo calore immoderato, vel à frigore fit.

Sexta propositio nullam habet difficultatem. Quando vsus ad vltimam dissolutionem deueniat perfrigeratis sanguine, & spiritu, aut alijs circundantibus cor, necessarium est, vt ipsum cor essentialiter debilitetur, & fatiscat. Has sex propositiones continet locus adductus Gal.

Licèt circa quintā proposit. non leuis insurgit difficultas, vt possis suspicari contradictionem esse in dictis Galeni. Quare intemperies à siccitate,

&

& humiditate non possunt mutare vsum? Si vsus, & finis naturæ in conseruatione cordis, & consequenter in conseruatione totius animalis, nullus est alius, nisi attemperatio, & spiritus animalis regeneratio, & nullum istorum confici potest sine debita quatuor qualitatũ symmetria: ergo humiditas, & siccitas, vt moderatæ, conducunt ad integritatem finis, ita immoderatæ destruent vsum, aut immutabunt. Quis obsecro, aut qualis erit spiritus, vbi immodica exuberat humiditas? Quis concentus componentium elementorum, vbi nimia siccitas?

Secundò, intra duas lineas potest coarctari Gale. Nam si dicit, quòd humiditas, & siccitas, si exsuperent in corpore ipso cordis, debilitant essentialiter; ergo sanguis, spiritus, pericardium, pulmo (quæ vicina vocat cordi) si maximè intemperata sint versus humiditatem, aut siccitatem poterunt etiam agere in cor ipsum, & debilitare: si autem debilitant, ergo mutant vsum. Aut ex-

plicet nobis aliquis, quare dixit Gal. debilitari cor ab humiditate, & sic ci-tate, & non admittit mutari vsum à sanguine humido, & alijs humidis, aut siccis circumstantibus? Nam Gal. statim in altera linea dicit, quòd vltima vsus dissolutio inducit debilitatẽ essentialem. Infero nunc. Ergo mutatio vsus à caussis præter naturam, via est ad debilitatem essentialem. Hoc non poterit negare Gal. nec alius pro illo. Tunc sic. Quare, quæ possunt debilitare, non mutabũt etiam vsum? Quòd autem humiditas, aut siccitas debilitent, est euidens. Quare hæc duo non conuertuntur, dissolutio vsus, & debilitas essentialis? Est dissolutio vsus: ergo debilitas essentialis (hanc iam ipse docuit Gal.) Est debilitas essentialis: ergo vsus dissolutio. Certè difficilè est explicare Gal.

Dico tamen, subtilitatem Galen. in hoc consistere; quia considerauit, quę sunt illæ intemperantiæ, quæ per se mutant vsum. Istæ enim tales dicuntur, quia per se, & immediatè talem

cau-

causant varietatem, cuiusmodi sunt calor, & frigus, quarum proprium est, vt quomodocumque increscant, mutetur vsus. Per calorem enim augetur, per frigiditatem minuitur: respiciūt siquidem intensionem, aut remissionem caloris cordis. At verò humiditas, & siccitas propriè respiciunt (quatenus attinet ad præsentem difficultatem) instrumentum, arterias scilicet, & cor ipsum: quia quomodocumque increscant, efficiunt blandum, aut durum instrumentum, & consequenter, pulsus duros, aut blandos: non tamen magnos, & celeres, vt intensior calor: aut paruos, & tardos, vt intensius frigus. Et ob id dixit Galen. quòd siccitas, aut humiditas non mutant vsum, propriè loquendo, quia potius mutant instrumentum, & ita humiditates, & siccitates in corde, debilitant facultatem, nulla facta mentione mutationis vsus. Igitur debilitas essentialis à facto esse, & mutatio vsus à fiente, prædicto modo, secundùm Galen. possunt explicari. Vndè, satis constat ad obie-

ctiones responsio. Nam licèt passiuæ qualitates debilitent, corrumpant, & interimant cordis temperiem, non inde sequitur, quòd mutent vsum per se, licèt postea ad debilitatē essentialem, sequatur paruus, & humilis pulsus. Est enim magna differentia inter illa, quæ per se, & per accidens fiunt.

CAP. XIII.

De causis debilitatis virium, secundum Hippocratis sententiam.

HIppocrates alio modo, & forsan clariori, causas debilitatis nobis proposuit (quamuis Galen. illum sine vllo fundamento reprehendere aggrediatur (lib. 2. de victu acutorum, text. 47. Sic enim ait. *Neque sanè ita peritos video medicos, qui vt oportet, cognoscant eas, quæ in morbis fiunt virium debilitates, & quæ ob vasorum inanitionem, & quæ ob πόνον, idest, laborem, & quæ ob aliam quampiam irritationem, & quæ ob morbi acumen fiant: quas item natura, habitusquè singu-*

ſingulis affectuum ſpecies omnigenas fabrefaciat : quamuis cognitæ ſalutem, & mortem ignoratæ ferant. Hęc Hippoc. Exiſtimo omnes debilitatis, cauſas attigiſſe, non ſolum debilitatis eſſentialis, ſed illius, quæ ab humoribus grauantibus originem ſumit. Nam vaſorum inanitio, aut per diætam, aut per ſanguinis vacuationem, aut expurgationem, aut per ſudorem, aut per inſenſilem halitum, ſi modum exceſſerit, debilitatis eſſentialis cauſa exiſtit : non ſolum quia inſtrumentum commune exhaurit, ſpiritum ſcilicet, ſed quia partes ſolidas viuentes, in habituales affectiones ſolet deducere. Secundò, debilitas eſſentialis poteſt contingere ob aliquam irritationem. Hanc cauſam noluit intelligere Galen. & reprehendit ſuum magiſtrum, ſed defectu conſiderationis: nam Hippocr. nomine irritationis, intellexit, quidquid irritando, & maligna qualitate afficiendo, vires diſſoluit : quòd videmus in humoribus malignis, aut peſtilentibus, aut ſordida putrefactione corruptis :

tales enim humores, nullo modo grauando (quia possunt esse in pauca quantitate) sed sola venenosa, aut maligna, aut pestilenti qualitate, etiam ipso primo die morbi, vires essentialiliter dissoluunt. Sed hæc iam pertinent ad res præter naturam; quare hic pauca dicenda. Mirandum tamen, quam audacter sanguinem detrahunt aliqui medici in morbis venenosis, & malignis, dissipato spiritu à malitia morbi.

Labor apud Hippocr. plura significat: solet enim nomine laboris, quidquid naturæ contrarium est intelligere, dolorem, vigiliam, anxietatem, inquietudinem.

Per morbi acumen, magnam, & intensam intemperiem intelligimus, sub qua etiam copia grauans comprehendi potest. Quin, & sub irritatione: nam irritatio, non solum reperitur in prædictis causis malignis, sed in copia grauante. Tamen quia hæc (quando sine malitia est) non statim essentialiter debilitat, licèt videatur irritare, ideò de ea separato capite agemus.

mus; hic enim solum debilitas essentialis proponitur. Tandem Hippocr. vt simus certiores debilitatis essentialis, iungit prædictis causis alias, quæ sumuntur ex habitu raro, & resolubili: nam si aliqua ex supradictis coniũgatur cum temperatura calida resolubili, certissima est debilitas essentialis. Concludit Hippocrat. suam sententiam grauissimis, & terrificis verbis: Cognitæ à medicis istæ causæ debilitatis, salutem ferunt, ignoratæ, mortem.

Sed dubitas, an vasorum inanitiones, de quibus Hippoc. agit, debilitatem causent in corde, & partibus vitalis nentibus: an solùm ista debilitas attendatur penes defectum instrumenti, scilicet, spiritus. Diximus enim supra, quòd defectus spiritus vitalis, & animalis cõstituit quemdam gradum, imbecillitatis essentialis.

Aliqui dicunt, talem debilitatem non esse essentialem partis viuentis: quia nulla est facta intemperies: solum enim interuenit absentia spiritus, qui statim, ac reparatur alimento, potu,

tu,& rebus, tenuis, & odoratæ substantiæ; nulla debilitas apparet, sed redit homo integer ad actiones proprias.

Tamen ego hinc elicio veritatem, quam supra proposui, differentias essentialis debilitatis, attendendas, penes defectum principij operatiui: atq; cum tale principium compleatur, non solum cordis temperie substantifica, sed qualitatiua, & spiritu debito, in quanto,& in quali, consonum est, vt quatuor gradus constituendos existimem; diuersos, penes difficulter, aut cilè restaurabiles. Est itaque prima, & leuissima, quæ in deperditione spiritus, facta per exercitia, aut similem causam consistit; hanc sequitur, quæ per vacuationes, & inter has, quæ per abstinentiam fit. Tamen, quia per tales spiritus consumptiones, depauperatur calor cordis, hinc est, vt iam incipiat apparere alia debilitas, orta ex cordis mutatione qualitatiua: sed non difficulter sanabilis est: cito enim redit homo ad integritatem, quando in animi deliquium incidit, ex

ſanguinis larga miſſione.

Vbi notandum, hanc debilitatem vocari ab aliquibus, per conſenſum: quia ſcilicet, cor non recipit a ſpiritu ſibi debito, quod debet recipere, & ob id fatiſcit, vt brachium, quòd non mouetur, quando nullum recipit influxum a cerebro. Acutè dictum. Tamen cùm percipiamus, ad ſpiritus abſentiam cor poſitiuè refrigerari, vt demonſtrant pulſus tarditas, & raritas, poſset aliquis defendere, debilitari cor eſsentialiter qualitatiuè, quia frigeſcit, immoto ſpiritu ab aere reſpirato, & partibus vicinis frigidioribus: & quamuis iſta ſpecies debilitatis ſit in facta diſpoſitione, facilè tamen remouetur reſtauratione adhibita, vt dictum eſt. Quod quidem intelligendum venit de exſolutione, quæ eſt primus gradus defectus virtutis, & de animi deliquio, quod eſt ſecundus gradus; ſolent enim facilè reſtaurari. Sed audiãt obſecro medici. Nulla fides adhibneda eſt talibus naturæ diſpoſitionibus, quia ſæpius contigit, vt tales debili-

bilitates properent in mortē, nulla admissa restaurat ione. Quamobrem sēper timere debemus exolutiones, & deliquia: quia transeunt in syncopē, qui est tertius gradus defectionis virtutis. Et ita quamuis illa debilitas (qualitatiua appellata) facilè remouetur, quia tamen gradus est ad aliam, consideranda, & timenda quacumq; ex causa: minùs certè, quando sequitur ad insignem vacuationem rectè indicatam, à medico docto cognitam, & administratá quod Hipp. docuit, 1. prorrhetic. p. 2. tex. 5. his verbis: *Quæ præter vacuationis vasorũ rationem contingunt impotentiæ, infirmitesq; non existēte vasorum vacuatione, malæ.* In cuius explicatione Gal. sic ait. *Inualidos, languentesque in operationibus (sicuti plurimum vacuatos) in periculo esse existima, si nulla in ipsis facta fuerit insignis euacuatio. Nam si virtus sine vlla manifesta vacuatione imbecilla fuerit, grauantem ostendit copiam, vel alicuius partis principis intemperiem.* Ex quibus colligitur, non esse malas absolutè dicendas debi-

debilitates, quæ sequuntur ad euacuationes, quia possunt reparari: esse tamen absolutè malas, quæ sine vlla manifesta vacuatione contingunt. Sed quamuis illæ malæ non dicantur, quia manifestam habent causam: quare paruipendendæ, cum neglectæ, in prauas facilè transeant?

C A P. XIV.

De dignoscenda debilitate essentiali facultatis animalis.

CVm dictum sit, debilitatem essẽtialẽ omnibus facultatibus contingere, animalibus, vitalibus, & vegetabilibus, quæ vtuntur organo corporeo apertum est, dignotionem per debere ex actionibus, & alijs effectibus ipsarum: sed quia primum locum obtinet actio partis, & immediatum ipsi facultati, ideò medici de actionibus semper loquuntur: nam vt potentiæ differunt per actus, ita læsiones illarum per actus læsos cognoscimus, quibus adiungimus qualitatem mutatam,

tam, & excretum, & omnia alia accidentia, quæ consequi solent.

Debilitas virtutis animalis, licèt nõ soleat considerari communiter ad vacuationes magnas, de quibus agimus: tamen talis potest esse, & ad tales caussas secuta, vt magnum remedium per vacuationes dictas non possit exerceri. Animalis virtus sedem habet in cerebro, & ab illo in reliquas partes communicatur, quod necessariũ est ad motum, & sensum. Indiget autem debito temperamento, & debito spiritu, qui ab aere inspirato materiam suscipit (vt docuit Hipp. lib. de morbo sacro, & sæpe alibi) & à spiritu vitali à corde transmisso. Ergo essentialis debilitas animalis virtutis, proficiscitur à temperamento euerso cerebri, & instrumentorum illius: vt videmus in senibus, qui ob ætatiuam intemperiem, habent defectuosas actiones animales. Illud ergo, quod in ætate senili fieri conspicimus, etiam in alijs ętatibus, ex vi morbificæ intemperiei potest contingere, aut quæ superuenit, aut quę à principijs generatio-

rationis innascitur; quæ aut calida, sicca, humida, aut frigida potest esse. De sola caliditate dubitas, quomodo debilitet essentialiter ad motum: cùm potius videatur iuuare: vt in phreneticis, qui validissimos solent edere motus. Sed certè cùm motus animalis ex robore virtutis procedat, nō tàm gaudet nimio calore, qui exoluit spiritus, quàm eo, qui illos vnit, & conseruat in ordine ad motum. Motus autem phreneticorum potius sunt conuulsiui, & qui conuulsiui non fuerint, statim desinunt, & fatiscunt quasi flamma leuis. Itaque cerebrum, suum ad iustitiā desiderat temperamentum, quod si amittat, flaccescit essentialiter, neq; ministrare potest commodum instrumentum ad neruos, & musculos.

Secundò, debilitas essentialis huius virtutis, attenditur penes instrumenta ipsa (vt supra dicebamus, loquentes de corde) nam potest esse cerebrum optimè temperatum, sed defectus spiritus animalis erit in causa, vt sit defectus in motu: nam si non adest commoda

moda materia spiritus, nulla erit sapientia, nullus motus corporeus: vnde obturatis arterijs iugularibus, per quas ascendit vitalis, seu tenuissimus sanguis: aut si non obturentur, si tamen cor sibi tantum paret spiritum, & non sufficientem alijs: aut si mittat sufficientem quantitatem, non tamen debita præditum qualitate, sine dubio difficultas erit motus animalis, quæ debilitas essentialis dicenda: quia deficit vnum ex principijs conducentibus ad opus. An verò debeat vocari per essentiam, aut per consensum, iam supra tactum est: idem enim modus respondendi.

Tertiò, potest esse debilitas essentialis ex parte instrumenti: quia musculus, in quo executiua virtus residet, impotens est ad exequendum motum imperatum, propter aliquam insignem intemperiem; ita vt quamuis in cerebro, & in spiritu nulla sit intemperies, aut alius defectus, tamen quia potentia executiua est essentialiter debilis, nullo modo natura exequatur motum, vt decet. Ergo debet medicus considerare,

derare, & memoria tenere omnia signa intemperaturarum, & quęrere diligenter qualis ista sit, quæ inhabiles reddit musculos, quando in cerebro, & alijs vijs nullum est impedimentũ. Præterea cùm non inueniat signa grauantis humoris, & reperiat signa factę intemperiei, certo poterit affirmare, debilitatem essentialem esse in partibus preficientibus motũ id est, in musculis; & partibus neruosis exequentibus.

Ex his differentijs nulla potest per pulsum dignosci, nisi illa quæ contingit ob inopiam spiritus vitalis: aut ob prauam qualitatem ipsius, aut propter obstructionem arteriarum, aut compressionem: nam reliquę fieri possunt sine cordis mutatione sensibili. Qui verò pulsus adsint, inferius dicam, quia pertinet ad debilitates cordis, cũ quo cerebrum consentit, aut cuius ratione laborat.

Debilitas ergo virtutis animalis, eo solum potest vacuationes, aut impedire, aut temperare, quatenus defectu spiritus animalis laborat, & tàm deie-

deiecta existit, vt neque appetere, neque mouere valeat, & sanguine egeat ad sui conseruationem, & spiritus paucos, quos habet, non liceat in euacuationibus consumere. Ad expurgationem autem, etiam requiritur debita spiritus animalis copia, & musculorum sufficiens virtus: quia illis vtitur natura ad compressionem, & medicamentum purgans spiritui aduersatur, & ad exsolutionem dispo nit. Quamobrem considerandus est status huius facultatis, qui constabit exactionibus motus, & sensus. Vtinam sic posset medicus iudicare de pulsu, sicut de actionibus facultatis animalis. Sed quando de animali debilitate verba facimus, citandus est Auicenna, qui ex mente Hipp. & Gal. dicebat c. 20. 4. p. *Caue ne venam incidas eius qui habet acumen sensus in ore ventriculi, vel imbecillitatem.* &c. Præcipit tamen prius prouidentiam esse habendam (si forsan vrget necessitas euacuandi sanguinis) concludit enim, asserens, mortuos esse aliquos, & alios in magnum discrimen deuenisse,
ob

ob negligentiam in defendendo, & confortando: quæ roboratio ad animalem pertinet facultatem, quæ ibi residet.

Sed dubitabis circa supradicta, cùm dictum sit, debilitates essentiales desumi ab affectibus, qui inueniuntur in principijs actiuis ad operandum ex parte corporis: quare nulla fit mentio debilitatis, ortæ ex soluta vnitate, & mala compositione: siquidem ad bene operandum, non solùm temperies, sed vnitas, & debita compositio concurrunt. Secundò, non videntur essentiales debilitates, quæ sumuntur ex temperie calidi influentis: nam temperies actuata (illa quæ ex influenti, & radicali componitur) propriè attingit actiones vegetales viuentis, quæ iam nõ calido influenti sed influxo, simul, & radicali tribuuntur, quod actuatum nuncupatur, & est, & potest dici temperies partis. Tertiò quia explicando locum Hipp. diximus c. 13. posse sub irritatione etiam plenitudinem intelligi.

Ad primum dico: in hoc tractatu

esse sermonem de statu virium in ordine ad magna auxilia. Vires per excellentiam dicuntur, quę totum corpus respiciunt, quales sunt in principibus residentes, cerebro, corde, & hepate: nam penes istas metimur illa auxilia, quæ vniuersa etiam sunt, sicut illæ vniuersaliter vtilitati totius inseruiunt. Et ob id licèt verum sit, quòd luxatio est causa debilitatis in parte luxata, & diuisio continui in parte diuisa (vt dicitur in proposito dubio) tamẽ non ex istis suitur vniuersalis idea, quę dirigat vniuersalia auxilia: & ob id nunquam antiquitas has debilitates particulares contemplatur, nisi forsan principales partes attingant, quæ rarissimè accidere possunt.

Ad secundùm dico, quòd licèt ad temperamentum actuatum pertineat illa debilitas qualitatiua, quę rectè tangitur in dubio proposito tamen, quia tale temperamentum indiget continua conseruatione, dependente ab influente, qua deficiente, breuiter deficit, hinc est, vt cogamur ponere aliquem gradũ debilitatis in defectu hu-

huiusmodi iufluentis calidi.

Ad tertium, iam supra insinuata fuit solutio. Hippoc. vt primus, non vtitur his terminis, quos forsan, defessa inuenit posteritas: ille sapientiæ humanæ parens, multa paucis includit, & ita quando dixit: ab irritatione debilitatur natura, plura intellexit: debilitatur ab irritatione, quia talis affectio continuam vigiliam inducit, quia dolorem, quia anxietatem, & alia huiusmodi, atque cum plenitudo, quæ vires molestat multa habeat ex dictis, quid mirum, quòd oraculum Hippoc. extenderim?

CAP. XV.

Facultatis vitalis debilitas essentialis quomodo dignoscitur.

EX propria actione cordis certum iudicium sumimus facultatis in illo residentis. Nam facultas pulsatrix, quæ per suos motus reliquas facultates cordis conseruat, etiam illos mutat, secundum necessitatem

manifestè declarans, quando robur, quando debilitas adest. Pulsus igitur erit languidus, paruus, & ęqualis (obsecro, vt animaduertas solicitè quæ dico; nam loquor de debilitate sola essentiali, & non complicata cum alia) Talis ergo debilitas sẽper habet pulsum prædictum, fallit tamen imperitos æqualitas, nam laudant pulsum æqualem, & audent promittere salutẽ, aut securitatem, cum tamen illa ęqualitas sit magnum indicium habitualis debilitatis, æqualiter iam factæ: nam si aliqua inæqualitas reperitur in tali pulsu, debes suspicari aliquid aliud complicari cùm essentiali debilitate, cuius causâ amittitur æqualitas, quãuis semper languidus maneat pulsus: atque cùm reliquæ omnes virtutes naturales, & animales ope cordis indigeant, videbis statim ad illius debilitatem essentialem, in alijs omnibus manifestum defectum. Quomodo autem debeas cognoscere pulsum languidum, paruum, & æqualem, disce ex Gal. aut breuius in nostris opusc. de pulsibus: si enim ignoras principia, & fundamẽta tractationum priorum,

quo-

quomodo poteris percipere conclusiones posteriores?

Si igitur maximè languidus est pulsus, humilis, & paruus, cum æqualitate, & ita perseuerat, nullus est, qui vacuationem moliri intendat, nisi ille qui mortẽ solicitat, quod absit. Quòd si consideras omnes causas, quæ præcesserunt, certior eris de ista debilitate; siquidem nimia vacuatio, ab arte, aut natura, acerrimus, & intensus calor, vigilia producta, ciborum parcimonia, aut omnimoda abstinentia, ingens dolor, timor, tristitia, magnus motus corporeus, profusus coitus, essentialem debilitatem inducunt: non solùm illam, quam dicebamus, ad paupertatem spiritus pertinere, sed aliam, quam in cordis mutatione constituebamus.

Vbi illud notandum, quòd omnes prædictæ causæ in termino ad quem, prædictum pulsum constituunt: tamẽ dum fit, apparent debiles pulsus, sed cum aliqua differentia particulari, quę sequitur speciem causæ, aut dolorem, aut vigiliam, aut acrem calorem, &c.

Illud autem maximo opere aduer-

tendum duxi, contingere aliquando pulſum prædictum immutari, adhibente natura aliquem conatum. Tyrones verò putant, eſſe grauatam facultatem, & non eſsentialiter defatigatam: nam exiſtimant, quòd conatus ſemper apponitur ad humorem grauantem depellendum. Et reuera ſic ſe res habet, vt dicunt, ſed nō ſemper: nam in iſta debilitate neutiquam complicata cum onere humorum, poteſt accidere conatus, excitatus etiam à moderatis, aut paucis fuliginibus, quas deiecta natura excutere nequit, quæ fuligines, non ab humoribus prauis, aut multis eleuantur, ſed à cotidianis coctionibus per morbum. Quis in tali conatu cogitare poterit de euacuatione? Nullus ſanę mētis: poſſunt enim plures tunc congregari fumi quam antea, & natura nouum detrimentum, aut timens, aut ſentiens, mutat pulſum. Conatus in debili virtute, vt ego exiſtimo, animæ quędam vis eſt appetitiua proprię conſeruationis in ſuo corpore, & ideò motiua localiter: ſpiritus ſiquidem, & ſanguinem mouet, pertinetque ad poten-

potentias animales. Contingit ergo tempore magnę neceſſitatis, ſpiritus fluentes applicare ad locum oportunum, ad muſculos pro motu locali, ad cor pro motu vitali, vt eripiat ſuum corpus ab vltimo, & proximo malo: & ita ſenex, aut claudus, viſo leone, aut tauro, currunt, & fugam capiunt, qui antea nec ſe mouere poterant. Itaque vis illa coniungit has vires, quę in ſpiritu animali, & vitali reſident: quia ſpiritus ipſos valet mouere ob intenſum animi affectum, neutiquam alios, quia illis caret: non enim applicat temperiem ſubſtantificam, quam iam amiſit per ætates, neque applicat vires radicales partium, quia immobiles ſunt. Applicat ergo quas poteſt, quas habet, paucos ſcilicet ſpiritus, & motu illo locali atterit, & incendit, vndè vſus augetur, & pulſus mutatur. Vt igitur adeſt conatus in facultate animali, quantumuis ſit debilis, & ſine vllo onere, ita poteſt eſſe in facultate vitali, ſine vllo onere: & ita magna fallacia eſt, & in magnum damnũ ægrotantis cedit, ſi quando debilis eſt per eſſentiam, apparente aliqua noua

mutatione, & inæqualitate pulſus, putat medicus aliquam eſſe celebrandam vacuationem.

Vltimo notandum diligenter, quod à nullo video animaduerſum, inæqualitatem pulſus reperiri cum debilitate per aggrauationem, & aliquando cum alijs cauſis, vbi nulla eſt aggrauatio. Medici verò non ita intenti rebus adeò ſerijs, & tàm magni momēti, exiſtimant oneratam eſſe naturam, & ad vacuationes feſtinant, ſimulq; in mortem ęgrum miſerum non ducunt, ſed trahunt. Et tanto frequentius caſus iſte deplorādus contingit, quanto iſta inæqualitas pulſus ſolet cum eſſētiali debilitate reperiri, quod in ſequēti capite clariſſimè demonſtrabo.

Hic verò concluſum accipe, debilitatem eſſentialem cordis, nullo alio affectu complicatam, omninò impedire vacuationem, aut per ſanguinis miſſionem, aut per purgans medicamentum. At quo pacto menſuret, & coarctet modum euacuandi, quando cum grauante humore concurrit, ſeparatam conſiderationem, & ſeparata indicia expoſcit.

Rur

Rursus, debilitas essentialis cuiuscunque virtutis vegetalis, coquentis, trahentis, retinentis, expellentis, & nutrientis, non obscuras habet causas, & signa, siquidem ab omni intemperiei genere (vt sæpiùs diximus) oriri potest. Quàm doctrinam ex lib. artis medicinalis disces, & alijs locis.

CAP. XVI.

De debilitate per aggrauationem communiter dicta.

VIres dicuntur debiles respectu obiecti, circa quòd versantur, aut respectu oneris, quòd sustinent, quamuis ipsæ in se validæ sint: & ita potest dici debilitas respectiua, siue secundùm quid. Quamuis habeas optimum organum visus, & perfectũ temperamentum, & excellentem influxum à cerebro, quibus gaudet potentia visiua, debilis tamen dicitur, respectu corporis solaris, aut splendidissimi obiecti, quod nequit videre eo modo, quo videt alia obiecta sibi proportionata. Similiter motiua di-

cenda est valida intra suam sphæram obiectiuam, sed extra illam non poterit mouere, quia opprimitur. Ita de vegetabilibus asserendum, coquere, retinere, expellere, trahere, assimilare poterunt suum obiectum, at si extra istam spheram deducantur, iam non agunt (vt sic dicam) sed patiuntur: & quæ validæ sunt ad proprium finem consequendum, iam respectu improportionati obiecti, debiles dicuntur: ita vt si tollas impedimentum, integre maneant, aut citissimè reducantur, si aliquantulum fuerint perpessæ. Ista dispositio sæpius per morbos reperitur, nec nil magis in ore omnium, quàm debilitas per aggrauationem, quæ aut sola existit, aut complicata cum debilitate essentiali. Causam autem aggrauationis (propriè loquendo) multitudinem esse omnes medici constituunt, quàm gubernare, aut portare natura non valet, ob excedentem quantitatem, respectu virium, in quo abstrahunt à vitio aliquo, aut mala qualitate, licèt ista possit complicari. Qua in parte illorum error notandus, qui putant plenitudinem quoad vasa

sem-

ſemper eſſe quoad vires, aut ſemper complicari: cùm nil magis contra veritatem, quàm veneranda illa, & fidelis nobis reliquit antiquitas, vt breuiter explico. Plenitudo ad vires relata, non ſemper vitioſa eſt; ſiquidem incipit aliquando ſine vitio, quamuis poſtea putreſcat: in quo caſu dicebat Gal. conuenire cum illa, quæ ad vaſa nominatur. Vtraque certè in ſui natura non includit putredinem, aut aliud vitium, ſed ſolam exſuperantem molem: hæc reſpectu continentis loci, illa reſpectu gubernantis facultatatis. Quam ſententiam ab Hippocr. ſuſcepimus: quia plenitudo vaſorum, ſolum reſpicit capacitatem vaſorum intactis omninò viribus, imò cum excellētiſſimo habitu, quem vocat ſumme bonum; ſoluere tamen illum præcipit, ne incidat in deterius. ſumma autem bonitas nunquam eſt ſine perfectis viribus. Hic eſt ſtatus plenitudinis vaſorum præcisè ſumptę, quæ toto cœlo differt ab alia, in qua ſolæ vires patiuntur, quamuis vaſa non ſint plena, imò neque mediocriter repleta, ſed vires non poſſūt

gubernare fluitantes humores per vacuitates vasorum. Vndè illa perfecta exercitatorum dispositio, nullum habet sensum grauitatis, nec pulsum inæqualem, sicut altera, viresque in summo sunt robore; habet tamen maximum periculum, ne alimentis sumptis ita crescat sanguis, vt rumpantur vasa, aut suffocetur calor. Itaq; non laborat facultas. At in alia quæ ad vires dicitur (ipsa dictio demonstrat) sine dubio à primo instanti laborant, & impotentes sunt. Audi Gal. in aphor. tertium, sect. 1. quē obiter declaramus. Ait. *Cuius rei documento esse potest bonus habitus Athletarum, qui inculpabilis existens (vt qui, & bonis abundet humoribus, & vires habeat robustas) hoc solum malum permaximum gerit, quod ad extremam peruenit repletionem.*

Quod verò à primo instanti laborent vires in altera plenitudine, quæ ad illas refertur, dicebat Gal. lib. proprio de plenitudine. Signum enim proprium illius, est sensus ponderis, animali facultate non potente tolerare. At verò in ea, quæ ad vasa

nul-

nullus talis sensus adest, nec vlla querela, sed præ bonitate suspecta est ista dispositio, ne accessu alimenti, defectuque exercitij incidat in deterius: quod si aliquis fuerit sensus tensionis, non pertinet ad debilitatem: quod Gal. ex ꝓfesso docuit lib. de plenitudine, vbi probat, manifestam esse distinctionem inter istas plenitudines. Hæc dicta sunt obiter, vt intelligamus, sermonem nostrum in isto cap. de plenitudine esse, quæ ad vires refertur, in qua manifesta reperitur pulsus inæqualitas.

CAP. XVII.

De indicijs debilitatis, quæ fit aggrauante onere.

NOn potest esse vnum genus signorum in hac re; nã cùm multitudo possit animalem facultatem, vitalem, aut vegetalem grauare, ex cuiuscunque affectione aliqua emergent signa. Quod si duæ, aut omnes facultates consentiant, erunt mixta etiam ipsa signa: sed non possumus in

isto capite verbum proferre, nisi supponamus Galen. doctrinam maximè necessariam, de inæqualitate pulsus, lib. 2. de presag. ex puls. c. 4. qui caussas quatuor proposuit inæqualitatis: Obstructionem aut compressionem instrumentorum, aut plenitudinem ad vires, aut cordis inæqualem intẽperiem. Ex quibus verbis colligimus, non quamlibet inæqualitatem pulsus esse signum aggrauationis, seu plenitudinis: siquidem potest fieri ab alij s alijs causis. Facilè igitur falli possumus in cognoscenda ista debilitate ex pulsu. Communiter dicunt medici (& ex mente Gal.) apparere quasdam pulsationes vehementes, alias non ita esse signum aggrauationis, & adducunt exemplum supra adductum de homine portante onus. Sed interrogo. Cùm multoties natura ad illas pulsationes maiores efficiendas, aut vehementiores, vires non habeat, quomodo ex pulsu cognoscas aggrauationem? Prætereà, quare medici nõ docent alias species inæqualitatis, quę necessario in plenitudine, aut cacochymia solent euenire? Nam inæqua-

litas in vna pulsatione sub pluribus digitis aderit, si grauata arteria in diuersis partibus tangit plures digitos. Et ita non erit spectandus numerus pulsationũ: imò & in vnica dilatatione poterit dignosci humorum pondus inæquale. Idem dici debet de compressione.

Quòd magis constat in morbis, in quibus cum quantitate humoris adest qualitas irritans: est enim necessum, vt istas inæqualitates experiatur natura. Præthereà, quod supra dicebam de æqualitate pulsus in essentiali debilitate, potest aliquando maximam habere fallaciam, ob adiunctas causas, vt ibidem insinuaui: nam febris hectica pestilens habet pulsus æquales similes naturali, vt docet Galen. 3. de præsag. ex puls. cap. 4. Ergo profunde rimari conuenit alias causas, quæ solent complicari, & alia signa perpendere, vt ex pulsu, & illis simul sumptis, perfecta sumatur cognitio.

Quamobrem si debilitas contingat propter humores venenosos, aderunt signa veneni, fœtor respiratio-nis,

nis, lingua nigra, delirium, animi deliquia, vrina nigra, aut liuida. aut perturbata, inquietudo magna, &c. Pulsus verò erit inæqualis, sed paucissimas, aut nullas habebit: vehemētes pulsationes, & forsan aliquam pulsationem maiorem, sed languidus semper, & paruus, & fortiorem: nam irritatio venenosa cogit naturam ad exiliendum, & aggrediendum maiores motus, aut vehementiores; sicut enim in plenitudine sola, adest illa inæqualitas supradicta, & cognita in pluribus pulsationibus, aut in vna: ita in humoribus sua mala qualitate irritantibus contingit, quamuis multi non sint. Est tamen hæc differentia, & non parua, quòd humores maligni, & venenosi statim à principio naturam, & spiritum dissoluunt; plenitudo vero non ita. Et ob id dico, quòd in malignis, & venenosis vix inuenies aliquas pulsationes vehementes; sed in plenitudine, sine tali vitio, plures.

Tamen hic pulsus, quem in morbis malignis, & venenosis animaduerto, inęqualis in pluribus, & in vna pulsatione, adest quidem in febribus pra-

prauis, & magnæ malitiæ, & veneni, dum incipiunt, cum augentur. At quando in corde facta fuerit æqualis intemperies (quæ est deterior terminus ad quem) pulsus iam erit æqualis, vt dicebat Galen. de pestilenti hectica, qui iam propè mortem solet apparere. Sed accedamus ad alia signa. Nam segnitiem, & impotentiam ad motus liberos (iam supra diximus) esse indicium oneratæ virtutis, quod latè prosequitur Gal. lib. de plenitudine, & lib. de sangui. mis. c. 4. sed pondus facultatis naturalis (de qua obscurior est sermo) etiam sentitur ab animali facultate, saltem ab illis hominibus, qui vt ait Gal. lib. citat. de plenitud. cap. 11. vegetiori pollent sensu: sentitur enim profunda quædam, & obscura grauitas in corpore.

CAP. XIIX.

De facultatis naturalis debilitate, propter aggrauationem.

Video omnes asserentes, quod licèt detur plenitudo respectu virium

virium naturalium, siue merè vegetalilium, nulla (vt dicunt) habet signa, quibus cognoscatur, propria, & peculiaria: sed cognoscitur mediatè per alia, quæ pertinent ad facultates, cum quibus vegetalis consensum habet. Et ob id dicebat Galen. loco citato de plenitudine, quòd à solis illis sentitur istud genus plenitudinis, qui acuto excellunt sensu. Et secundò, arteriç inæqualiter pulsant, quia talis sympathia naturalis virtutis cum vitali existit, vt humores intra venas existentes, confluant ad arterias; nisi ita crassi, & lenti sint, vt nequeant arterias peruadere. Quod si hoc ita reuera contingit, ergo non semper, quando naturalis est onerata, erit pulsus inęqualitas. Hęc certè consequentia ex prædicta doctrina elicitur: nam solùm adest, quando humores tales sunt, vt fluant in arterias, quales sunt tenues. Ergo quādo fuerint crassi, aut adhærentes venis, non erit ille motus inæqualis arteriæ. Præterea quando confluunt ob tenuitatem, potiùs dicenda erit oppresio vitalis, quàm naturalis.

Sed cogitanti mihi, quomodo sit possi-

possibile, quòd onerata naturalis non habeat aliqua signa propria, quibus dignoscatur, venit in mentem, esse quidem, sed non fuisse ab Autoribus adnotata, quia maiori ex parte vtuntur alijs. Video tamen Hippocratem illa non prætermittere: nam lib. 3. de diæta, plures plenitudines ad vires naturales recenset, & illarum signa proponit. Nam nullo consensu considerato, plenitudo ista præcisè attenditur in ordine ad facultates partium, coctricem, retentricem, tractricem, & expultricem. Quando ergo coctrix habet, plus quàm valeat concoquere, consequenter relinquit illud, & grauatur retentrix retinendo, quod nec potest, nec debet retinere: & expultrix incipit grauari à quanto, quamuis nondum irritetur à quali. In statu isto, quando nullus est manifestus consensus cum alijs facultatibus, potest cognosci plenitudo, quia in massa sãguinea, quæ est vniuersale obiectum coctricis, incipit calescere totum corpus, quamuis non adsit febris: cùm enim illa abundantia non possit gubernari à prædictis facultatibus, ex necel-

necessitate naturæ (etiamsi nulla sit obstructio) incalescit, & disponitur ad putredinem. Est ergo qualitas mutata ad tactum medici. Præterea secundo erit aliqua mutatio in colore naturali, quia est certum indicium prauæ coctionis, & nutritionis. Tertiò, corporis marcor etiam incipiet, sine vlla causa procatarctica: vt eleganter Hipp. lib. de diæta animaduertit, ponens exemplum in lignis viridibus, & igne. Vt enim ignis multis viridibus lignis obrutus marcescit suffocatione, quæ propriè non est marcor: ita similiter vigor naturalium virium flaccescit alimento improportionato. Quæ doctrina Hippoc. potest intelligi, sine consensu aliarum facultatum, si illud obiectum, quod molestat naturalem tãtummodo, excedit limites virtutis naturalis. Præterea, prout pars naturalis fuerit grauata, talia erunt signa. Si genus venosum, vrina: si ventriculus, si caput, &c. à signis partium sic affectarum orietur cognitio. Ergo non solum ad facultatem animalem, & ad pulsum recurrendum est, sed omnia meditari. Di-

Diximus aggrauationem naturalis virtutis existere aliquando posse, vitali manente libera. Nunc ad vitalem dirigatur sermo.

CAP. XIX.

De cognoscenda debilitate vitalis facultatis, propter grauantem, aut molestantem humorem.

FAcultate vitali oppressa, semper opprimitur naturalis, non è contra: ratio est, quia vitalis cùm fortior sit, & excellentior, & quæ naturali communicat vitalem illum influxum calorificum, quo partes actuantur, & viuificantur, necessarium est, vt oppressa principali virtute, opprimatur inferior. Cognoscitur autem debilitas vitalis ex pulsu, illius propria actione, vt cœpi dicere superius, quando pulsus est inæqualis, non solum in vehementia, sed in magnitudine, & celeritate, & frequentia, teste Galen. 4. de præsag. ex pul. c. vltimo. Vndè, quando interrogo, quomodo cognoscatur per pulsum debilitas ex aggra-

uatio-

uatione? Respondent, quia percipiunt quasdam pulsationes fortes, alias debiles. Nondum satisfaciunt dubio. Inquit ergo Galen. quod nunquam inuenerit inæqualitatem in vehementia, quin etiam simul perciperet inæqualitatem in magnitudine, celeritate, & frequentia. Ratio, vt arbitror, hęc est: nam si vehementia est inæqualis, quia facultas exurgit, modo plus, modo minùs, quia non potest æqualiter portare, & tolerare onus; vndè nō solum vna pulsatio erit vehemens, & altera languida, sed in vna pulsatione, arteria poterit incipere cum vehementia, & languscet in medio motu. Ergo eadem ratione erit necessarium, vt aliquas pulsationes faciat magnas, alias paruas: & propter defectum magnitudinis, erit necessarium, vt augeatur celeritas, & sit inæqualis iuxta magnitudinis inæqualitatem: & similiter si frequentia debet supplere defectus celeritatis, ad pensum inæqualitatis in celeritate, debet apparere inęqualitas in frequentia. Sed inexperti, & parum attenti non percipiunt istas differentias, sed solùm ictum,

atque

atque ex ſolo ictu, neque vehementia rectè poteſt dignoſci. Itaque prędicto modo dignoſcitur debilitas vitalis cordis, & arteriarum. Quod vt ſupra tetigi, non ſolùm exiſtimo eſſe verum in pluribus pulſationibus, ſed in vnica pulſatione; ſiquidem magnitudo, & celeritas in eodem motu poſſunt habere inæqualitatē, propter diuerſum ſtatum facultatis (reſpectu oneris) in vna parte motus, & in alia.

Vndè magna debilitas exiſtimanda, quando magni, & vehementes pulſus à contrarijs differentijs vincuntur, vt adnotauit Gal. loco citato de præſag. ex pul. Et ob hanc cauſam pulſus exigui in febribus acutis per ſudorem iudicandis, magnā oppreſſionem oſtendunt, & præ nimia copia, & irritatione humoris, iudicationes ante tempus, & conſequenter recidiuam oſtendunt, quod annis elapſis ſępe ſæpius vidimus.

Sed antequam ab hoc argumēto diſcedam, dubium non contemnendū diſsoluere decreui. Contingit in febrientibus reperiri pulſus exiguos, & poſt vacuationes, maiores apparere;

ratio

ratio aperta est Tyronibus, quia ablata plenitudine, & natura deonerata, maius spatium pertransit, quam liberum est, & ipsa etiam potentior. Rectè dicis. Sed quare ante vacuationes nunquam percipere potuisti inæquales pulsus, & post illas, manifestè apparuit inæqualitas: imò aliquando vidimus pulsum intermittētem. An aliquod insigne, & occultum malum illatum est ab euacuationibus?

Respondeo, quòd ante vacuationes erat intensior calor, & vsus maximè adauctus, & ob id in tanta vrgentia, nō poterat natura quiescere, nec pulsum rarum facere, qui similatur intermittenti, (quamuis talis non sit) sed tota erat intenta, vt satisfaceret vsui, quàm celerrimè, & frequentissimè, quamuis onerata admodum esset. At postquā per euacuationes libera existit à tanto pondere, & remittitur calor, ablata magna portione causæ, incipit natura à quocunque onere derelicto grauari, & defessa (cum iam non vrgeat intensius ille calor) quiescit paululum, & videtur intermittere à motu. Quam rationem consideraui

in

in aliquibus, qui in ſtatu naturali habent pulſus intermittentes, & ſuperueniente febre, non apparent tales pulſus, quod in ſenibus ſæpius reperies: quia ſcilicet, à quocunque onere lassata facultas intermittit: at vbi vſus adaugetur, ad caloris pręter naturam excessum, vrgentiæ ſuccurrens, exurgit, & ad ſuas differentias conuertitur; quod etiam in declinationibus particularibus accessionum obseruaui. Quæ doctrina ponderanda eſt, ne aliquis medicus videns tales inæqualitates, non putet increſcere de nouo aggrauationem, & cogitet semper de euacuatione, forsan ex ignoratione huius tàm neceſsariæ doctrinę. Falli certè poteſt quisque, ſi reperit in vera declinatione talem inæqualitatem. Illud tamen iterum, atque iterum monere non deſinam, vt librum de plenitudine Gal. intelligas, & fixa memoria teneas, vt scias omnia ſigna plenitudinis, & omnium specierum illius, quæ ibidem contra Empiricos, contra Eraſiſtratum, & alios dilucidè demonſtrat: non enim scies causas debilitatis factę à grauitate, aut mole-

molestia humorum, nisi signa omnia plenitudinum callueris. Hic autem non sunt omnia dicenda, sed plura supponenda.

CAP. XX.

Omnium supradictorum conclusiones.

Ergo cùm debiles ægrotantes vario affici possint languore, vt latè explicuimus, iam obsecro aduertas conclusiones, quas in quacumque vacuandi occasione perspicere teneris.

1 In omni vera debilitate essentiali, integra vacuatio est prohibenda.

2 Moderata vacuatio, seu mediocris, potest exerceri in mediocri debilitate, cæteris omnibus indicationibus concurrentibns.

3 In summa debilitate, nullatenus est vacuandum, neque mediocriter, neq; per interualla.

4 In magna debilitate, sed non summa, si magna vrget vacuandi necessitas, prædicendo prius in quanto versetur infirmus periculo, & quantum immi-

immineat, vtendum est epicrasi, paulatim euacuando, & paulatim renutriendo, alimento humori peccanti apto. Teste Galen. 9. meth. cap. 10.

Quæ euacuatio, aut sectione venæ, aut purgatione facienda est: pro ratione scilicet corruptelæ humorum, & prout humor corruptus sãguini commixtus, aut supernatans est: nam iste expurgatione, ille verò sectione venæ expellendus. Ex Galen. 9. meth. citat. 5

Debilitas, cuius causa fuit nimia vacuatio, magis impedit vacuationem: siue vacuatio fuerit ab arte, siue à natura, aut manifesta, aut insensilis. Tales enim ægroti potius cibandi, quam euacuandi. 6

Quando debilitas sequitur ad dolorem, aut ad morbum malignum, aut internam inflammationem, licèt prohibeat integram euacuationem, tamen magis euacuandum est, quàm in ante dicta debilitate: & ratio est, quia huius debilitatis causa est humoris præsentia, qui si in corpore manet, adhuc vires amplius prosternet, atque cùm ex cibi exhibitione 7

causa mali soleat augeri, maximas noxas poterit efficere. Quod his verbis dicebat Gal. com. 48. secundi de ratione victus. *Qui ob dolorem, aut morbi acumen parum valentem habent facultatem, vacuatione interdum magis, quàm repletione indigent: imò qui cibum his exhibet, maximum adfert detrimentum.*

8 Hæc à cibo abstinentia intelligenda est, quando mediocriter debilitatæ apparent vires: tamen si multum concidant, illis certè reparandis attendendum, priusquam vacuemus. Hanc conclusionem proposuit Galen. 12. metho. cap. 1. dicens. *Ergo si concidant vires, non tamen vehementer sint iam exsolutæ, sed adhuc resistunt, ad symptoma tantum sumus attenti, atque id quam primum tollere maturamus. Sin iam resolutæ vires sunt vehementer, non modo symptoma sedare, sed illas firmare properamus.*

9 Debilitas per aggrauationem quando diu perdurauit, vel ita vehemens est, vt magnam spiritus partem suffocauerit, vacuatione certè indiget, sed partita: quia hoc modo oppres-

pressâ naturâ, iam quodammodo vero, & proprio afficitur languore.

Si debilitas per aggrauationẽ, quæ sit recens, & ob id, neque insigniter refrigerauerit, neq; notabiliter suffocauerit spiritum, & calorem natiuum, magna opus est euacuatione, sæpe sæpius per sanguinis extractionem, nonnumquam per expurgationem. Istæ enim naturæ oppressiones sæpius ob multitudinem sanguinis, non raro autem sanguinis crassi, pituitosique euenire consueuerunt, & solẽt ad extremũ suffocationis deducere: quas Hippocrat. 4. acutor. 23. dicebat, venarũ interceptiones, his verbis. *Quod autem quis repente obmutescat, id venarum interceptiones faciunt, si sano absque occasione, aut forti alia causa id contingat. Venam igitur brachij dextri internam secare oportet.* 10

In debilitate per aggrauationem, tres gradus cõtemplandi sunt, vt sciamus quando, & quomodo sit vacuandum. Primus gradus est, quando adest pulsus inæqualitas, & tunc audacter extrahimus sanguinem, ex Gal. 2. de causis pulſ. cap. 2. Secundus gradus 11

est, quando adest pulsus carentia, quã Græci asphyxiam vocant, in qua & si multitudo sit copiosior, quia tamen timemus extinctos esse multos spiritus, propter suffocationem, & adesse multitudinem crudorum succorum in venis, vacuationes partimur, & non ita copiosas facimus, sicut in causa decimæ conclusionis. Tertius gradus est, quando tanta est multitudo, vt in syncopas incidat homo: tunc enim in ipsamet accessione syncopali, si spes adest euadendi ab illa, non mittimus sanguinem, sed frictionibus, ligaturis, cucurbitulis, & alijs reuulsionibus vtimur (in ipso inquam syncopes tempore) ad ignobiles partes retrahendo, vt transacta illa imagine mortis, ad vacuationem deueniamus. De qua inferiùs agendum, cùm sermo erit de rebus pręter naturam. Atq; hæc de viribus dicta sufficiant.

CAP. XXI.

De fætura.

INter res naturales vacuationem impedientes, enumeranda est fœtura, siue vteri gestatio (si ita licet loqui)

qui) Si quidem vacuatio in tali statu maximum damnum potest adducere matri, & fœtui, partim defectu alimenti facultate vtriusque debilitata, partim motione ipsa, fœtu ab vtero eradicato, vt solet in purgationibus accidere. Quare venæ sectionem videtur impedire, virtutis gratia, & hac ratione ad res naturales reducitur ista consideratio: nam cum fœtura species quædam sit euacuationis, cùm corpus matris sanguine inaniatur, ob fœtus nutritionem, dicente Gal. lib. de venæ sectione aduersus Erasistratum, c. 5. necessario ex duabus vacuationibus succumbet facultas: nam cùm hæc, & matrem, & fœtum debeat alere, periculum est, ne deficiat. Et ob id Hippocrat. dicebat 5. aphor. 31. mulier vtero gerens sanguine misso ex vena abortit, & præcipuè si fœtus grandior sit. Qua in parte duo expendam vtilissima in praxi. Primò, quomodo se habeat sanguinis missio in ordine ad aborsum, an impediat illum, an acceleret. Secundò, an liberius sit vacuandum primis mensibus, an postremis, vel è contra.

Omnia quæ dicta ſunt de debilitate eſſentiali verum habent etiam in grauidis, & maiori indigent attentione: nam ſi debilitas in alijs corporibus impedit vacuationem, quanto magis in vtero gerentibus, quæ proprias, & fœtus vires reſpicit? Solùm dubitari poſſet de debilitate per aggrauationem dicta: nam cùm ſanguis debeat ſufficere pro matre, & fœtu, videtur eſſe neceſſaria magna, & ſuffocans plenitudo, vt ſanguis emittatur, aliàs non licere: nam de plenitudine quoad vaſa nullus dubitare auſus eſt: petit enim ſtatim vacuationem, ad bonum matris, & fœtus. Igitur de altera aggrauatione loquendum eſt.

Certum eſt, mulierem fœtum perdere poſſe, aut propter motum corporis, aut animi, vel ob immodicam alterationem, aut ob inediam, aut ſuffocationem, aut ob peculiarem vteri affectionem, de qua alibi agendum. Ergo quemadmodum inanitio, aut ſenſibiliter, aut inſenſibiliter facta abortire facit, ita ob immodicam repletionem fœtus, non ſecus ac mater

potest facilè mori. Videmus aliquando puerum exire tumidum, & liuoribus plenum. Quis dubitat plethoram fœtui communicari à plethora matris? Ergo, vt puer euacuetur, debet euacuari mater. Quò fit (& non sine magno medicorum consilio) vt nonnullæ fœminæ sanguine plenæ, cùm videant secundo, aut tertio mense aborsum imminere, vacuationem non timeant ante consuetum aborsus tempus, atque cum maxima vtilitate, siquidem fœtus retinetur. Et hoc est, quod Hippocrat. insinuauit ad initium 4. epidem. dicens. *Acheloi vxor sexta morbi die abortiuit, sanguinea existens*. Quasi diceret, sanguine multo repleta. Et huius rationem exhibet ipse Hippoc. mirificè certè, lib. de natura fœtus, longè à principio, inquiens. *Si enim aceruatim, & multus semel veniret, genitura spirationem habere non posset, sed sanguine multo accedente suffocaretur*. Quare affirmandum existimo, nostrum Hippocrat. non raro prægnantes per sanguinis missionem euacuasse. Sed dixit quinto aphoris. 31. Abortire vena

secta: quando, scilicet, plenitudine non molestante, audet aliquis taliter euacuare.

Et ideò cùm sine multitudine sanguinis grauida euacuatur, vt sæpè contingit in morbis acutis, aut doloribus vehemētibus, nō pendentibus à plenitudine, sed ab aliquo alio humore putrefacto, aut calido, & acri, periculum est aborsus, ob defectum, scilicet alimenti. Hoc respexit Hippocrat. 5. aphoris. 30. dicens. *Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale*. Quia febris interficit fœtum, & sanguis mittendus, & tenuis victus: ratio adiungenda est, quia ambo alimentum fœtui detrahunt.

Ergo vteri gestatio, siue fœtura sui tutelam indicat, tanquam res naturalis, & inter naturales, ad bonum vniuersale speciei, & indiuidui directa, implorauitq; manus auxiliares medici, ne ab onere humoris tantum opus impediatur, & ne virtus illa formatrix, vt diuina à Galen. vocata suffocetur. Accipe verba à Galen. lib. de venæ section. aduersus Erasistratū,

cap.

cap. 4. Quæ ille ad virtutem oneraram dixit, ego ad formatricem.

Idem profitetur Auerr. 7. collig. capit. 4. his verbis. *Ego autem dico, quòd phlebotomia, quando adest repletio, qua embryo non indiget, non est mala*. Et Auicen. 1. 4. cap. 20. Prægnans (inquit) & menstruata nō phlebotometur, nisi propter magnam necessitatem.

At verò in alijs morbis acutis, quibus coniungitur plenitudo, vidimus grauidas euacuari secta vena, quater, quinquies, & sexies, cum fœtus incolumitate. Celsus in hoc casu tuto curari grauidam mulierem venę sectione aiebat. Quomodo verò sit intelligendum, præsente plenitudine esse vacuandum, inferiùs disces, cum de causis præternaturam agemus. Sed interrogabis, ex qua parte sanguis etrahendus est? Respondeo, nullo modò ex talo, quia esset maximum peccatum, ob manifestum periculum abortus: quia vacuatio ex hac parte menstrua mouet, & vterum descendere facit. Ergo nisi adsint signa manifesta fœtus mortui, non licebit ta-

lem venæ apertionem tentare.

Erit ergo sanguis mittendus ex brachio, & si fieri potest, ex vena cephalica (& non ex basilica) sensim enim sanguinem vacuat, vt in dysenteria Aetius consulebat. Quod si artifex non inueniat cephalicam, scindat cõmunem, seu venam nigram, quam Hispani vocant, *vena de todo el cuerpo*: hæc enim minorem habet consensum cum fœtu. Semper tamen vellem commendatos fœtus: quia licèt sæpius fœliciter eueniant vacuationes, tamen sæpiùs nascuntur languidi, & eneruati, & toto vitæ tẽpore macilenti: vndè non probo audaciam illorum, qui venam tali aperiunt, licèt adsit leuis etiam suspicio grauidationis. Vide quid agas, aliquãdo credendum est mulieribus, vt dixit Hippoc. Si ergo mulier dixerit, aliquam esse suspicionem conceptus, non negligas, sed considera, vtrum possis ex brachio sanguinem detrahere, ne fœtum perdas.

Sed interrogas, an liceat sanguinem mittere ex talo, vt abortus fiat, ad liberandam matrem in periculo constitutam?

tutam? Dico, non esse facienda mala, vt inde eueniant bona; & ita non licèt fœtum interficere. Quidquid Halyabbas dixerit: censet enim, quòd quando de morte matris timetur, nullo modo curandum est de fœtu. Sed certè non omninò vera loquitur, nisi intelligas, quòd quando periculosa est affectio, non adeò curandum est de fœtu, vt matrem negligas: sed auxilijs certandum aduersus morbum, quæ auxilia non sint prorsus certissima mortis causa fœtus, aut matris. Igitur illud est affirmandum, nullum auxilium directe adhibendum esse ad fœtum interficiendnm, vt mater incolumis seruetur: benè tamen conceditur, tentare aliquid licère cùm periculo fœtus: nam vacuatio periculum affert alterutrius, aut matris scilicet, aut fœtus: at verò omissio vacuationis, vtriusq; mortem adducit. Quando ergo in istis angustijs extiterit medicus, vt ex omissione vacuationis certissimum sit periculum mortis, matris simul, & fœtus, eligendum minus malum, salus scilicet, alterius. Nam mortẽ fœtus neutiquam eligimus, sed

non possumus illi subuenire.

CAP. XXI.

An audacius extrahendus sanguis primis mensibus, quam postremis, vt docuit Hippocrates.

ALiqui putant primis mensibus, fœtum adeò esse tenellum, vt ex quacumque vacuationis motione dissoluatur, & cùm præ imbecillitate nequeat reuellenti auxilio resistere, facilè alimento destituitur.

Secundò, cùm ex quolibet mense supersit semper melancholicus sãguis nutritioni fœtus inutilis, & in partu tanta sanguinis copia appareat, ad magnam matris vtilitatem, verisimile est, postremis mensibus copiam sanguinis redundare, qui rectè per venę sectionem tolli possit, citra fœtus iacturam.

Tertiò, calculationes quasdam machinantur, quibus nituntur colligere, ex quolibet mense certam quantitaté asseruari, cui addita illa, quæ ex postremis resultat, in magnam molem assurgit plenitudo, quam indicant v-

bera

bera magis plena vltimis mensibus, & multorum alimentorum assumptio: nam primis mensibus ob magnum fastidium, parco vtuntur grauidæ alimento.

Sed nos, qui Hippocrat. medicinę parentem semper colimus, illius dictis subscribendũ putamus, & tanquã legibus obediendũ. Ait ergo li. de natura fœtus. *Primis diebus exiguum sanguinem sibi assumere fœtum.* Cùm enim cotidie increscat, multo copiosiori indiget alimento, si primo mense, v. g. binis eget vncijs, secundo certè quatuor egebit, & proportionaliter in reliquis. Igitur in postremis multum absumit alimentum: & ob hanc caussam fame afficiuntur grauidæ, quanto grandior fœtus est (vt simul obiectiones dissoluamus) & fastidio cibi molestantur primis mensibus, quia multa quantitas superest sanguinis: Si autem multus adesset vltimis mensibus, non ita esurirent.

Præterea quomodo esset verum, quod Hippocrat. docuit, nono mense fœtum exitum solicitare, ob alimenti defectum? Dicent fortassis, sanguinẽ

deten-

derentum esse prauum, & cacochymum. Rectè dicunt. Indigebit ergo purgatione magis, quàm venæ sectione: est enim omninò inutilis nutritioni sãguis ille, & in alienam, & prauam naturam migrauit. Itaque sanguis bonus, quo debet nutriri fœtus, paucus iam præstatur à matre vltimis mensibus, respectu magnitudinis fœtus, & ob id querit alimẽtum: quòd verò redundat, iam non est sãguis, sed prauus humor niger, aut alij ex corruptione sanguinis generati: quò fit, vt menstrua vacuatio purgatio dicatur, ab Hippocrat. & alijs antiquis. Ad istud verò argumentũ illustrandum ad sunt plura loca, Gal. 3. epidem. com. 3. Ægro. 2. text. 73. & 1. epidem. part. 3. text. 21. Ægrot. 4. & 1. prorrheti. par. 2. tex. 48.

Mammas tumidas reddi primis mẽsibus etiam conspeximus, & permanere tumidas, & cum aliqua lactis effigie: non tamen valde tument, donec pepererit mulier. Vndè non certum signum abundantiæ existit in vltimis mensibus.

CAP.

CAP. XXII.

Quare Hippocrat. dixerit, purgamenta puerperij, esse velut sanguinis a victima?

OBiter dicendum, quare Hippoc. laudauerit sanguinem, quem nos prauum, & deterrimum esse pronunciamus, lib. de morb. mulierum, post medium, inquit. *Prodeunt autē puerperij purgamēta sanæ mulieri sufficienter, primum sesquihemina mensura, aut paulo plura, postea adhuc pauciora, iuxta hanc rationem, donec cesset. Prodeunt autem, velut sanguis à victima, si sana, velut dixi, mulier fuerit, & sana futura est, & cito coagulantur, ac purgantur, &c.* Quæ certè verba penitus ijs, quæ diximus, aduersari videntur. Sanguis enim victimæ, & cito gelascens, optimus est, & inculpatus apparet. Equidem posset aliquis dicere, lib. de morb. mulier. non esse Hippoc. sed Dioclis, qui lib. de morb. muli. conscripsit, asserente Gal. 6. epidem. part. 2. text. 45. quāuis multa vtilia contineat, ita vt Gal.

tan-

tanquam genuinum hunc lib. adducat. 4. aphor. 2.

Hunc locum ſic amice explico. Agit summus dictator de mulieribus exacte sanis, in quibus sanguis generatus ita optimus, à liene, & veſica fellis depuratus, in vterum descendit, vt ſi quæ portio praui succi remaneat, ea insenſilis ſit, cum multo, ac bono ſãguini ſit mixta. Quòd ſignificare voluit Galen. 1. epid. p. 3. text. 21. cùm dixit: *Mediocriter bonum nonnunquã exire, ſed inculpatum haudquaquam.* Quæ ſententia eo innititur fundamẽto, quod ſit rarum inuenire corpus ita ſanum perfectè, & exactè, præſertim mulierum, quæ intemperantes ſunt, multoque magis grauidæ, quæ licentiam deuorandi ſibi arrogarunt.

Vel dicendum (vt aliqui) ſanguinem exire in puerperijs, velut ſanguis victimæ; ille, ſcilicet, qui ſtatim à partu excernitur, qui ex ruptione venularum, propter primum impetum promanat. Procedente verò tempore, ſanguis qui excernitur in puerperio, eſt ille, qui toto tempore geſtationis vteri reſeruatur, ſimul cum ſecun-

cundinis. Sed magis placet prima cogitatio.

Quod autem menſtrua vacuatio purgatio ſimul vocetur ab Hippoc. ideò quidem verum habet: quia vt plurimum ſimul cum multitudine ſãguinis, ſi aliqui sunt praui humores, etiam pelluntur, quaſi electi fuiſſent à medicamento: quod conſpicimus etiã finita vacuatione ſanguinis optimi, & ſola multitudine peccantis, apparent purgamenta quodammodo biliosa, pituitoſa, aut melancholica, prout fuerit mulieris cacochymia; quin & ipſa menſtruatiò ſolet eſſe talibus implicita purgamentis. Igitur ſanguis victimæ in perfectè ſana reperitur, vt dicit Hipp.

Sed redeo ad inſtitutum. Exiſtimandum eſt (loquendo de fœminis, quæ mediocriter bonum habent ſanguinem) minorem eſſe quantitatem ſanguinis in vltimis menſibus, ob inſinuatas cauſas, & maiorem copiam eſſe in tribus primis menſibus. Quare notandum maximè arbitror (ad actum curatiuum) quòd purgatio, ſiue vacuatio à partu naturali, non debet, nec

ſolet

Liber tertius.

[illegible] ut ne
[illegible] vale
[illegible]
[illegible] hab
[illegible] coli
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] co
[illegible] pu
[illegible] cale
[illegible] Quantum cr
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

...purgatione, imò
...nam aliæ ratio-
...menti, quæ non
...guinis missionis:
...expurgans indu-
...onem in corpo-
...di frequentia.
Præterea tertio,
...non caret aliqua
...litate, quæ fœ-
...illum perdere.
...ia medicamen-
...a. Et Hippoc.
...is obesse dice-
Nam alimenta
...mara, aborsum
...talia alimenta
...ergo medica-
...talem habent
...ma erunt. Hæ
...nes, medicum
...m, vt magna
...tione vtatur.
...colliget, dimi-
...varijs questio-
...uit in re ita
...positiones qua-
...quam vexilla,
& signa

ſolet eſſe tam copioſa, ſicut ea quę debet fieri in aborſu, qui contingit primis menſibus. Sit ergo diligens medicus, ſupplendo vacuationes poſt aborſum, magis quàm poſt naturalem partum, niſi aliud vrgeat: video enim aliquos ſtatim à partu magnam quantitatem ſanguinis extrahere, timentes ne ceſſet natura à ſua vacuatione. Eſt ergo magni momenti iſta cõſideratio: nam ſolet remanere mulier multo tempore impedita ad nouam fœturam, vel ob debilitatem contractam, aut ob defectum ſanguinis neceſſarij.

CAP. XXIII.

De vſu medicamenti purgantis in grauidis, quid ſentiendum?

DIximus quomodo ſe habeat fœtura, in ordine ad ſanguinis detractionem. Nunc quomodo ſe habeat in ordine ad medicamentum expurgans. Primò, certum eſt, quòd ſicut ſãguinis miſſione nullo modo vti poſſumus in grauidis, ſine magna, & vrgenti neceſſitate, præſente, aut imminen-

minente; ita neque purgatione, imò forsan multo minus: nam aliæ rationes sunt in vsu medicamenti, quæ non concurrunt in vsu sanguinis missionis: quia medicamentum expurgans inducit magnam commotionem in corpore. Secundò, surgendi frequentia maximè obest fœtui. Prætereà tertio, quia medicamentum non caret aliqua mala, & venenosa qualitate, quæ fœtum attingens, poterit illum perdere. Quartò, quia ferè omnia medicamenta purgantia sunt amara. Et Hippoc. alimenta amara grauidis obesse dicebat lib. 1. de morb. Nam alimenta ingrata, insuauia, aut amara, aborsum excitare asserit. Si ergo talia alimenta aborsus causa existunt; ergo medicamenta purgantia, quæ talem habent conditionem, infestissima erunt. Hæ itaque (inter alias) rationes, medicum reddere debent solicitum, vt magna præmeditatione purgatione vtatur. Quare, vt Auerroen. 7. colliget, dimittamus, & alios Autores varijs questionibus implicitos, placuit in re ita graui, & necessaria propositiones quasdam excipere, quę tanquam vexilla,
& signa

ſolet eſſe tam copioſa, ſicut ea quę debet fieri in aborſu, qui contingit primis menſibus. Sit ergo diligens medicus, ſupplendo vacuationes poſt aborſum, magis quàm poſt naturalem partum, niſi aliud vrgeat: video enim aliquos ſtatim à partu magnam quantitatem ſanguinis extrahere, timentes ne ceſſet natura à ſua vacuatione. Eſt ergo magni momenti iſta cõſideratio: nam ſolet remanere mulier multo tempore impedita ad nouam fœturam, vel ob debilitatem contractam, aut ob defectum ſanguinis neceſſarij.

CAP. XXIII.

De vſu medicamenti purgantis in grauidis, quid ſentiendum?

DIximus quomodo ſe habeat fœtura, inordine ad ſanguinis detractionem. Nunc quomodo ſe habeat in ordine ad medicamentum expurgans. Primò, certum eſt, quòd ſicut ſãguinis miſſione nullo modo vti poſſumus in grauidis, ſine magna, & vrgenti neceſſitate, præſente, aut imminen-

minente; ita neque purgatione, imò forsan multo minus: nam aliæ rationes sunt in vsu medicamenti, quæ non concurrunt in vsu sanguinis missionis: quia medicamentum expurgans inducit magnàm commotionem in corpore. Secundò, surgendi frequentia maximè obest fœtui. Prætereà tertiò, quia medicamentum non caret aliqua mala, & venenosa qualitate, quæ fœtum attingens, poterit illum perdere. Quartò, quia ferè omnia medicamenta purgantia sunt amara. Et Hippoc. alimenta amara grauidis obesse dicebat lib. 1. de morb. Nam alimenta ingrata, insuauia, aut amara, aborsum excitare asserit. Si ergo talia alimenta aborsus causa existunt; ergo medicamenta purgantia, quæ talem habent conditionem, infestissima erunt. Hæ itaque (inter alias) rationes, medicum reddere debent solicitum, vt magna præmeditatione purgatione vtatur. Quare, vt Auerroen. 7. colliget, dimittamus, & alios Autores varijs questionibus implicitos, placuit in re ita graui, & necessaria propositiones quasdam excipere, quę tanquam vexilla,

& signa

solet esse tam copiosa, sicut ea quę debet fieri in aborsu, qui contingit primis mensibus. Sit ergo diligens medicus, supplendo vacuationes post aborsum, magis quàm post naturalem partum, nisi aliud vrgeat: video enim aliquos statim à partu magnam quantitatem sanguinis extrahere, timentes ne cesset natura à sua vacuatione. Est ergo magni momenti ista cõsideratio: nam solet remanere mulier multo tempore impedita ad nouam fœturam, vel ob debilitatem contractam, aut ob defectum sanguinis necessarij.

CAP. XXIII.

De vsu medicamenti purgantis in grauidis, quid sentiendum?

DIximus quomodo se habeat fœtura, inordine ad sanguinis detractionem. Nunc quomodo se habeat in ordine ad medicamentum expurgans. Primò, certum est, quòd sicut sãguinis missione nullo modo vti possumus in grauidis, sine magna, & vrgenti necessitate, præsente, aut imminen-

minente; ita neque purgatione, imò forsan multo minus: nam aliæ rationes sunt in vsu medicamenti, quæ non concurrunt in vsu sanguinis missionis: quia medicamentum expurgans inducit magnam commotionem in corpore. Secundò, surgendi frequentia maximè obest fœtui. Præterea tertio, quia medicamentum non caret aliqua mala, & venenosa qualitate, quæ fœtum attingens, poterit illum perdere. Quartò, quia ferè omnia medicamenta purgantia sunt amara. Et Hippoc. alimenta amara grauidis obesse dicebat lib. 1. de morb. Nam alimenta ingrata, insuauia, aut amara, aborsum excitare asserit. Si ergo talia alimenta aborsus causa existunt; ergo medicamenta purgantia, quæ talem habent conditionem, infestissima erunt. Hæ itaque (inter alias) rationes, medicum reddere debent solicitum, vt magna præmeditatione purgatione vtatur. Quare, vt Auerroen. 7. colliget, dimittamus, & alios Autores varijs quęstionibus implicitos, placuit in re ita graui, & necessaria propositiones quasdam excipere, quę tanquam vexilla,

& signa

tanquam genuinum hunc lib. adducat. 4. aphor. 2.

Hunc locum ſic amice explico. Agit summus dictator de mulieribus exacte sanis, in quibus sanguis generatus ita optimus, à liene, & veſica fellis depuratus, in vterum descendit, vt ſi quæ portio praui succi remaneat, ea insenſilis ſit, cum multo, ac bono ſãguini ſit mixta. Quòd ſignificare voluit Galen. 1. epid. p. 3. text. 21. cùm dixit: *Mediocriter bonum nonnunquã exire, ſed inculpatum haudquaquam.* Quæ ſententia eo innititur fundamẽto, quod ſit rarum inuenire corpus ita ſanum perfectè, & exactè, præſertim mulierum, quæ intemperantes ſunt, multoque magis grauidæ, quæ licentiam deuorandi ſibi arrogarunt.

Vel dicendum (vt aliqui) ſanguinem exire in puerperijs, velut ſanguis victimæ; ille, ſcilicet, qui ſtatim à partu excernitur, qui ex ruptione venularum, propter primum impetum promanat. Procedente verò tempore, ſanguis qui excernitur in puerperio, eſt ille, qui toto tempore geſtationis vteri reſeruatur, ſimul cum ſe-

cun-

cundinis. Sed magis placet prima cogitatio.

Quod autem menstrua vacuatio purgatio simul vocetur ab Hippoc. ideò quidem verum habet: quia vt plurimum simul cum multitudine sãguinis, si aliqui sunt praui humores, etiam pelluntur, quasi electi fuissent à medicamento: quod conspicimus etiã finita vacuatione sanguinis optimi, & sola multitudine peccantis, apparent purgamenta quodammodo biliosa, pituitosa, aut melancholica, prout fuerit mulieris cacochymia; quin & ipsa menstruatiò solet esse talibus implicita purgamentis. Igitur sanguis victimæ in perfectè sana reperitur, vt dicit Hipp.

Sed redeo ad institutum. Existimandum est (loquendo de fœminis, quæ mediocriter bonum habent sanguinem) minorem esse quantitatem sanguinis in vltimis mensibus, ob insinuatas causas, & maiorem copiam esse in tribus primis mensibus. Quare notandum maximè arbitror (ad actum curatiuum) quòd purgatio, siue vacuatio à partu naturali, non debet, nec

solet

solet esse tam copiosa, sicut ea quę debet fieri in aborsu, qui contingit primis mensibus. Sit ergo diligens medicus, supplendo vacuationes post aborsum, magis quàm post naturalem partum, nisi aliud vrgeat: video enim aliquos statim à partu magnam quantitatem sanguinis extrahere, timentes ne cesset natura à sua vacuatione. Est ergo magni momenti ista cōsideratio: nam solet remanere mulier multo tempore impedita ad nouam fœturam, vel ob debilitatem contractam, aut ob defectum sanguinis necessarij.

CAP. XXIII.

De vsu medicamenti purgantis in grauidis, quid sentiendum?

DIximus quomodo se habeat fœtura, inordine ad sanguinis detractionem. Nunc quomodo se habeat in ordine ad medicamentum expurgans. Primò, certum est, quòd sicut sāguinis missione nullo modo vti possumus in grauidis, sine magna, & vrgenti necessitate, præsente, aut immminen-

minente; ita neque purgatione, imò
forsan multo minus: nam aliæ ratio-
nes sunt in vsu medicamenti, quæ non
concurrunt in vsu sanguinis missionis:
quia medicamentum expurgans indu-
cit magnam commotionem in corpo-
re. Secundò, surgendi frequentia
maximè obest fœtui. Prætereà tertio,
quia medicamentum non caret aliqua
mala, & venenosa qualitate, quæ fœ-
tum attingens, poterit illum perdere.
Quartò, quia ferè omnia medicamen-
ta purgantia sunt amara. Et Hippoc.
alimenta amara grauidis obesse dicę-
bat lib. 1. de morb. Nam alimenta
ingrata, insuauia, aut amara, aborsum
excitare asserit. Si ergo talia alimenta
aborsus causa existunt; ergo medica-
menta purgantia, quæ talem habent
conditionem, infestissima erunt. Hæ
itaque (inter alias) rationes, medicum
reddere debent solicitum, vt magna
præmeditatione purgatione vtatur.
Quare, vt Auerroen. 7. colliget, dimit-
tamus, & alios Autores varijs quęstio-
nibus implicitos, placuit in re ita
graui, & necessaria propositiones qua-
sdam excipere, quę tanquam vexilla,
& signa

& signa ducant medicum, ne viam veritatis amittat. Quæ propositiones (vt existimo) resolutiones sunt, & cõclusiones omnium disputationũ, quæ in hoc argumento versantur.

1 Prima propositio. Licèt fœtura impediat vsum medicamenti purgantis; tamẽ talis potest esse necessitas, vt cogat ad expurgationem moliendam. Hæc est euidens: siquidem nil magis ex arte, quàm vt magnum periculum vitemus, aliquod auxilium experiri. Prius tamen alta consideratione pensitandum, an ita iunctæ sint indicationes purgandi, & scopi, vt nullo alio medio possit causa tanti morbi deturbari: quæ res ad vnguem explicata est in quęstione de minoratiua purgatione, crudâ existente materiâ, quam infra attingemus.

2 Secunda propositio. Hippocrat. turgentiam humoris proposuit, tanquam ideam ad expurgandam mulierẽ grauidam, aphoris. 1. Vtero gerentes sunt purgandæ, si materia turget.

3 Tertia propositio. Nomine turgentiæ intelligenda est motio localis humoris velox, & irrequieta, de parte in

p ar-

partem; in quo ſtatu, patet, periculum ne irruat in partem nobilem, & ſimul mater, fœtuſque pereant.

4 Quarta propoſitio. Intelligi etiam debet turgentia ipſius naturæ vitalis, quamuis humor non turgeat in actu ſecũdo, vt explicabimus in lib. 3. huius operis ex profeſſo: apparebunt enim ſigna naturæ deſiderantis, & appetentis pellere, & non potentis. Hanc diſpoſitionem voco veram turgentiam, non translatitiam, quæ quando elucet cum periculo vitę, multo efficacius indicat purgationem, cuius indicationis pulcherrimæ ſunt rationes, inferius attingendæ.

5 Quinta propoſitio. Hæc prædicta turgentia naturæ viuentis, deſiderantis pellere, appellatur à nobis propriiſſima vrgentia, licèt alij ſint vrgentiæ gradus. Oſtendo breuiter iſtam quartam, & quintam propoſitionem. Nam docemur ab Hipp. eadem die turgentes humores purgare, quia mouentur de parte in partẽ, cũ periculo vitę, in quo caſu natura potẽs eſt ad illos mouendos: non enim mouentur à ſe ipſis, ſed à facultatibus corporis viuentis.

Ergo

Ergo quando ita rebelles, indomiti, & inobediẽtes sunt, vt nullo modò à natura viuenti possint, neque alterari, neq; moueri localiter ad loca debita. Quid, obsecro, faciet ars? An relinquet naturam extingui? An desiderijs, velut proprius loquar, an appetitui naturæ, & turgentiæ radicali, non respondebit medicus minister illius, & manum porriget? Equidem tentandũ est auxilium: & in hoc casu non eadẽ die, vt dicebat Hippoc. de turgentia humorũ, sed illicò, nullo exspectato tempore: nam ista vrgentia celerius petit auxiliares manus, quia celerius periculum. Turgentia humorum subtilium, calidissimorum, acrium, mordacium, calorem nostrum exsoluentium, largo potu frigidæ detinetur, frænatur, temperatur: cucurbitulis, & frictionibus ad partes ignobiles auocatur. Vias, per quas debet purgari humor, decocto origani, & pulegij, aperiebat Galenus (vias inquam disponebat, non humorem) Aliquas ergo dat inducias turgentia humorum: tamen turgentia propria naturæ, quæ vera vrgentia est, nullam prorsus dilationem

tionem admittit, nullũ tempus exſpectat, nullam præparationem, nullum aliud temperans, aut deliniens, ſed ſolam purgationem. Talis eſt periculoſus naturæ ſtatus, talis humoris cõtrarietas, & præternaturalitas.

Eſt autem iſta purgatio tam ex arte, vt non ſit permittenda cuilibet medico, ſed cordato, peritiſsimo, & in artis operibus exercitatiſſimo.

Si ergo tam neceſſaria eſt iſta indicatio, & tam obſcura principia, à quibus debet ſumi, quanto magis in prægnantibus, quæ propter fœtum purgationi maximè obſtant, vt magis cõſtabit infra.

Sexta propoſitio: Licèt iſta tam grauis neceſſitas medicum poſſit cogere ad exequendam purgationem quocumque menſe grauidationis, tamen minus graue, & minus periculoſum eſt purgare medijs menſibus: nam poſtremis, & primis timendus magis eſt aborſus. Ratio eſt Galenica, quia primis menſibus tenera ſunt ligamenta, & cotyledones, quibus continetur inſeptus fœtus, & à quolibet motu facilè rumpuntur, vt fructus, ſeu flo- 6

res

res arborum, si à vento concutiantur, decidunt. Et vltimis mensibus, præ siccitate franguntur ligamenta, & fœtus decidit, sicut maturi fructus. Sed dubitas, quos vocamus vltimos menses, & primos? Variè enim loquuntur Autores. Sed ad concordiam reducemus.

7 Septima propositio. Primos menses vocamus cum Hippocrat. primum, secundum, & tertium; postremos, septimum, octauum, & nonum; ita vt minus timenda sit coacta purgatio in quarto, quinto, & sexto: quia his mensibus medijs fortius alligatus est fœtus: quia neque sicca, & dura sunt ligamenta, vt in postremis, neque facilè præ humiditate cedunt, vt in primis. Intentio aphorismi hæc fuit.

Vndè non probo opinionem illorũ, qui dicunt, septimum mensem comprehendi inter medios, & putant dixisse Hippocrat à quarto, vsque ad septimum, inclusiuè. Inquit textus. *Quadrimestres, & vsque ad septimũ, id est, quinto, & sexto*. Quis tibi dixit includi septimum? Et ratio quam adducunt tam parui est momenti, vt potius

potius nostram firmet sententiam. Inquit Mercurialis, quòd cùm in septimo soleat natura ad bonos partus irritari, non est timenda purgatio, quia si fœtus protruditur, vitalis erit. Hæc est imaginatio huius viri, & aliorum, mihi verò non probata: nam ob eandem rationem, tale opus non debet tentare medicus, quia ante naturalem, & decretorium diem legitimi partus, non licèt naturam iuuare, aut immutare. Si autem vterus, & fœtus tentant partum, sympomaticè id fit, & non ex præscripto naturæ.

Neque turberis, si legas Galen. & Hippoc. 1. epid. ægrot. 13. de illa grauida trimestri, cui motus fuit venter, & eiecit biliosa: videtur enim Gale. trimestres aptas dicere ad purgationē, sicut quadrimestres. Sed aduertēdum, ibi per trimestres intelligere, quæ iam acceperunt aliquid de quarto mēse: sicut puerū, qui attingit principiū quarti anni, dicimus esse trium annorum.

Illud tamē silentio non est prætereundū, quod licèt Hip. menses: signauit pro purgatione grauidarum, docendi causa locutus est in gratiam rudiorū,

nam ipse naturam, & speciem rei inspiciens, motum fœtus considerans, purgationem securiorem facit, quando fœtus iam formatus ad motum est idoneus, non ad motum extra vterum, sed ad motum in vtero: tunc enim signum est esse sufficientis roboris, vt possit resistere medicamenti iniurijs, & fortiter secundinas esse alligatas. Istud verò tempus motionis est varium, nam sequitur ad formationem peractam: formatio autem aliquando citius, aliquando tardiùs perficitur, vt ipse docuit Hippoc. Ergo sentiet grauida motum fœtus, aliquando 4. mense, aliquando quinto: non est tamen indiuisibilis numerus dierum.

Excepto autem tempore motus in vtero, reliqua tempora suspecta sunt, & timendus aborsus, vt dictum est.

CAP. XXIV.

Qualia sint medicamenta, quibus medicus vti potest in vtero gerentibus.

AD errores euitandos de hoc argumento, breuiter accipe necessaria. Non audias Autores, qui laudant vsum

vsum cassiæ: lenit enim, & emollit vias, & simul cotyledones, quo nil deterius. Hoc damnum cassiæ aliqui timentes, miscent aliquid simul purgans, & adstringens, vt myrobalanos, aut rhabarbarum. Alij solent miscere puluerem aromatici rosati, aut santalorum. Ego quantum possum cassiam fugio, ob eius lubricitatem. Sunt enim aliqua medicamenta suspecta, tamen mixta prædictis roborãtibus possent exhiberi. De rhabarbaro ita ab omnibus laudato, dubitant aliqui, nam (vt dicunt) mouet vrinas, & ex consequenti menstrua. Secundò, quia ob suam amaritudinem maximè nocet grauidis, vt suprà dicebam ex Hippocrat. Sed certè non existimo hanc rationem esse sufficientem, vt, si necessarium sit rhabarbarum, non exhibeamus: non enim est recensendum hoc medicamẽtum inter propria diuretica, neque inter vrinam mouentia, vt quis potest perspicere à sufficienti partium enumeratione. Nam propriè diuretica, excedunt rhabarbarum in calore, & siccitate, & ita attenuant, & extrahunt partes tenues, & aqueas

ſanguinis, vt remaneat ſine sero crassus, spiſsus, melancholicus, densatus, ita vt exsuperet multa quantitas ſeri, ſicut in coagulatione lactis, quæ trahatur à renibus: hæc sunt propriiſsimè diuretica. Quis tamen audeat tam cōtra ſenſum opinari, vt dicat, rhabarbarum hoc modo mouere vrinam, cùm eius ſiccitas, & caliditas nunquā talem producant effectum? Non quidem ſunt talis intenſionis: vndè nunquam enumeratum eſt à Galen. inter talia medicamenta.

Prætereà, non mouet vrinas, præſtando copiam ex se ipso, vt faciunt melones, pepones, & semina illorum: quia non talem habet humiditatem; Ergo non mouet vrinas, neque ſecundo, aut primo modo. Tingit tamen vrinam ſuo colore: aut quia aliqua tenuis, & vaporosa subſtantia ipſius, per illas vias diſtributa fuit: aut aliqua portio bilis per illam regionem à natura fuit expulſa. Medicamenta purgantia, quę aliqua vi tractrice pollent, non ita sunt limitata, vt vnam tantùm circumscribant regionē: trahunt enim humores ad vias ductuum, & natura

maio-

maiorem partem crasſioris humoris per ventrem tranſmittit, aliquam per vrinas, sequens ſępius pondus ipſius humoris, aut leuitatem. Vndè experientia didici, omnia medicamēta purgantia vrinam aliquo modo immutare. Ergo rhabarbarum cùm habeat partes roborantes, & adſtringentes, firmabit cotyledones, & humores peccantes, ſi bilioſi sunt, optimè deducet, quamuis aliquid natura moueat ad vrinas, vel portio tenuis medicamenti renes attingat.

Sed quamuis libenter concederemus, rhabarbarum vrinam concitare, non inde sequitur vterum ad aborsū irritare, aut menses mouere: nam prę terquā quòd adſtrictio illius eſt manifeſta, tamen in rigore loquendo, & medicamentorum naturas contemplando, non valet consequentia. Mouet vrinas. Ergo & menſtrua. Hanc doctrinam disce à Galen. 5. de ſimpli. med. fac. capit. 22. Itaque rhabarbarum ob suam adſtrictoriam, & corroborantem vim, poteſt tempore neceſſitatis grauidis ex hiberi. Quod verò nobis obijcit Heurnius, amaritudinem

 timens.

timens, nil obstat: quia Hippoc. prohibet generaliter vsum alimentorum habentium insignes qualitates; nam distributa talia alimenta, necessum est, vt vterum irritent, aut foetum alterent. At non est æqualis ratio de medicamento amaro, & corroborante: nam quod posset turbare amaritudine, firmat adstrictione. Prætereà, solo vno die cõtingit tali vti medicamento. At alimenta insignis qualitatis, acris, aut amaræ, continuitate nocerent; aut saltem quatenus alimenta mixta alijs, vsque ad foetum deuenirent, cum maximo damno illius: rhabarbarum neutiquam, sed simul cum humore pellitur extra corpus, virtute corroborata derelicta, in quo euentu maius videmus commodum, quàm damnum.

Alij vtuntur mana, aut sero, aut tamarindis, aut syrup. rosaceo ex nouẽ infusionibus rosarũ rubrarũ; quæ medicamẽta nõ cognouit Hipp. saltẽ omnia: quamuis si attẽtius eius libros euoluimus, leuissima purgantia aliquãdo illi fuerunt in vsu, vt lac asini nũ, mercurialis herba: possetq; aliquis existimare

mare, non ſemper præcepiſſe Hip. vti efficacibus illis medicamentis in grauidis, quantumuis turgeat humor. Nam licet ſpecies turgentis humoris petat ex ſe ſpeciem trahentis medicamenti: tamen ratio, & experientia oſtendunt, quòd dato leui medicamento purgante, ad ventris turbationem, ſequitur humoris peccantis in venis decurſus: tam certè mobilis eſt, vt vbicumque vacui adſit capacitas, illuc fluat: & ita ſic talia purgantur, qualia oportet, partim leuiter tracta, partim præ mobilitate excurrentia, ſiue ſuccedentia, natura inter has difficultates, ad regionem per quam vocatur, aſpirante. Et ita ſuſpicor Hip. non ſemper vſum fuiſſe calidiſſimis medicamentis in vtero gerentibus, ſed aliquando mitiſſimis ſuo tempore cognitis.

Vltimò aduertendum eſt, non eſſe tantam quantitatem medicamenti adhibendam prægnantibus, ſicut in alijs. Primò, quia debemus vitare, quantum poſſumus, inflationem ventriculi, ne vterus comprimatur. Secundò, vt faciliùs actuetur. Tertiò, quia

quia si natura desiderat expellere, vt dictum est, in vera turgentia, & in magna vrgentia, manu ducente solum indiget: sic enim completa erit purgatio. Quartò, quia in grauidis periculosius admodum est fluxus ventris, dicente Hippoc. 5. aphoris. 34. *Mulieri in vtero gerenti si aluus plurimum profluat, periculum est ne abortiat*. Equidem magis timere debes hoc periculum, quàm quod potest sequi ad sanguinis detractionem: quia vt dicebat Galen. 2. acutor. Post ebibitum pharmacum, non est in nostra potestate purgationem sistere. Ob id ergo hoc consilium maximè probaui, vt nunquam grauidas eradicatiuè, & vna vice purgarem, sed partitis vicibus, & miti medicamento, renutriendo interim. Hæc certè est lex conseruationis fœtus, & matris. Semper tamen vteri corroborandi diligētia habenda. Vmbilico igitur applicandum aliquid, aut frustum carnis assæ, cum pulu. corallor. & rosar. aut panis recens imbutus succo cydoniorum, & menthæ, cum eisdem pulueribus, &c. An verò maior facultas re-

qui-

quiratur ad purgationem, quàm ad sanguinis missionem, non mediocris est difficultas: agitatur tamen ab omnibus autoribus. Resolutio nostra ex varijs Gal. locis apparet in tractatu proprio de purgatione, & sanguinis missione, vbi probatum est, maiorem virturem requiri ad sanguinis missionem, tamen magis debere nobis constare de virtute necessaria ad purgationem. Igitur hæc conclusio loco citato declaratur. Posset autem aliquis dubitare, an purgatio per vomitum sit magis proficua, & secura in grauidis, quàm per infernam aluum? Cui respondet Auicen. 4. 1. cap. 11. in postremis verbis. *Faciendum non est vt prægnans vomat, quia superfluitates corporis ipsius in ea non egredientur, & vomitus, & labor eam ad æstuationem perducit. Faciendum est igitur, vt quiescant.*

LACTIS GENERATIO inter res naturales numeranda, aut moderatur, aut impedit uacuationes.

ANtequam ad res nonnaturales deueniamus, operæ pretium iu-

tilem considerationem inserere. Video Medicos vulgares præcipere vacuationes nutricibus, & his quæ lactis generationi incumbunt, tàm intrepidè, quasi nullum esset impedimentum. Galen. certè, de venæ sectione aduersus Erasistratum capit. 5. lactis generationem genus quoddam euacuationis nominauit. *Si ergo* vacuatio est, tantûm oportet de vacuationibus artificialibus auferre, quantùm per lactationem inanitur, vt ex vtraq; vacuatione compleatur perfecta indicatio, vt monuit Gal. 9.meth. cap. 5. Igitur nutrices, aut nullatenus, aut parcè euacuandæ; quod prudenter intelligendum est, nisi talis sit vacuandi necessitas, vt lactatio sit postponenda, ad idque, quod vrget concurrendum. Tamen si nutrix, aut ob nimium amorem pueri, aut quia *ille* alias nequit mãmillas arripere, sibi puerulum coniunctum habet, vt etiam contingit in pauperibus, in hoc casu, si necessaria sit vacuatio ex arte, prædicta consideratione est exercenda, quando morbus alijs non cedit auxilijs; qualia sunt victus ratio, balneum,

um, frictio, potiones temperantes, leuiuſcula ſubpurgatio. Hæc de lacte breuiter dicta ſint. Nam longum poteram contexere diſcurſum contra Martianum, qui ex mente Hippoc. vult, lac generari ex alimentis, quę in prima ſtabulantur regione, antequam ad iecoris tranſeant officinam. Tamen quomodo debeant explicari Hippoc. verba, non eſt huius loci; exiſtimamus tamen falſam eſſe ſententiam huius Autoris.

LIBER SECVNDVS.

De rebus non naturalibus impedientibus magna auxilia.

CAP. I.

De aëre.



Ed iam ad sex res non naturales accedamus, quia possũt impedire euacuationes integras, quas affectus species postulat. Quędam impediunt, in quantum virtuti officiunt, aut vacuationi contrariantur: vt aer calidus, motus, & vigilia, vehemens gaudium, aut inanitio. Quædam effatu digna, vt menstrua; quædam verò, velut causa sine qua non appellata; quoniam si prius non auferatur, nequit vacuatio prodesse, aut rectè fieri, vt repletio, aut ventris, aut intestinorum aer frigidus, metus.

De ambiente prius pauca, & necessaria. Hippoc. & ad sanguinis mis-

sio-

sionem, & ad purgationem, aerem ambientem, vt impedimentum considerauit. Nam lib. 6. epid. part. 3. text. vlt. dicebat. *Tempus impedire sanguinis extractionem*. De purgatione satis tritus est textus. Sub cane, & ante canem, &c. Notissimæ sunt rationes huius Hippoc. præcepti, & plura Gal. loca, quæ consulto prætermitto. Cùm enim virtutis custodia sit semper pre oculis habenda, nullus dubitat, quantum lædatur natura à sanguinis extractione, in vehementi aeris caliditate: exsoluitur siquidem spiritus, & in diaphoreticos, & lethales sudores deuenit æger. Quod non solum intelligendum est de statu præsenti (vt rectè docuit Galen.) sed de futuro: si enim hodierna die temperatus est aer, & exspectas feruorē æstiuum, timere debes vacuationem: non quidem fidem debes adhibere diei temperato, qui solet inter æstiuos incidere, cùm ex spectes tempus calidissimū, vbi defessa virtus ex vacuatione fatiscit, & exsoluitur. Quod adnotauit Galen. 9. meth. cap. 5. & lib. de sanguin. mil. cap. 14.

Sed

Sed certè mirandus Gal. nil in tactū reliquit: lib. 2. de composit. secundum locos, cap. 1. considerandam docuit domum ægrotantis, pro auxilio exequendo in curatione. Vndè monemur, talē esse debere situ̅ cubiculi ægrotantis, & ita artificiosè dispositū, vt ambiens non impediat euacuationes necessarias: nam si hyberno tempore, domus, aut camera meridionalis sit, & a ventis aquilonaribus libera, & debito igne calefacta, vt apud diuites videmus: Æstate verò, humilia domicilia, crassis parietibus obducta, septentrionem respicientia, sine dubio nulla ratione habita temporis; aer pro vacuatione corrigitur.

Aliam considerationem induxit Auicen. cap. 20. 4. 1. parum esse apeniendam venam tempore calido, ne spiritus multus effluat. Quæ sententia Auicen. temperanda est: nam si humores peccantes essent crassi, quomodo per angustum foramen exire possent? Intelligenda est ergo, si humores tenues sint, exibunt, & minus de spiritu exhalabit. At ne medici audacter euacuationes imperent, nulla

nulla habita temporis ratione, audiant obſecro duo Galen. loca, & tenaciter memoria teneant. Lib. 1. de art. curat. ad Glauc. cap. 14. *Ipſa præterea aeris temperatura loco accidentis cuiuſdam habenda eſt, quandio exquiſitè calida, ac ſicca fuerit, qualis eſt tempore medio inter canis ortū, & Arcturi. Atque ideò omnes, quibus medici nihil omninò de temporum ſtatu cogitantes ſanguinem eduxerunt, interierunt. Si etiam valde frigida fuerit, tunc quidem ſanguinem mittere eſt formidandum, cùm non ignoremus, non parua ex ſimilibus ſequi pericula.* Alter locus eſt 4. de ratione victus. text. 19. in fine com. vbi complens Hippoc. textum, addit ſcopūm ſumptum ab aere ambiente, his verbis. *Verum ut nihil deſit, adijciā, & eum qui ab ambiente nos aere deſumitur ſcopum, cùm fuerit abundè calidus, & ſiccus, ita ut cito ab eo corpus euaporet. Nempè tunc à ſanguinis miſſione abſtinemus, etiamſi morbus magnus fuerit, uigenſque ætate homo.*

Certè qui hæc legit, quomodo tem-

tempore æstiuo, & in ista tam calida Madriti regione, præcipuè hoc anno, tam audacter mittit sanguinem? Quid mirum, quòd multi interierint, vt dicit Galen. Sed quid mirum si tantum aberrant multi, vt mittant sanguinem solius refrigerationis gratia? Sed de his alibi.

CAP. II.

An venæ sectio periculosior sit purgatione in calidissima aeris constitutione.

POsset quis in controuersiam vertere quod propositum est: nam apud Hippoc. æquo pede vtrumque auxilium currere videtur, vt supra tetigi, ex aphor. Sub cane, &c. & 6. epid. part. 3. tex. vlt. Sed quod ego sentio vno verbo exprimam.

Quod quæritur est. An in morbo exposcente sanguinis missionem in æstate, timenda adeò sit venæ sectio, ac in morbo exposcente purgationẽ, eodem tempore timetur expurgatio.

Respondeo, quòd si de validis, ac calidis medicamentis est sermo, periculosior est purgatio, quàm venæ sectio.

sectio: nam purgatio triplici nomine nocet, & quia vacuatione debilitat: & quia commotione fatigat; & vltimo, quia calore immodico inflammat. At venæ sectio vnica ratione timetur, scilicet, quia vacuatione debilitat.

Tamen si de leui purgatione loquamur, quæ blandis perficitur medicamentis, tantum abest, vt noceat, vt potius loco venæ sectionis, eam in æstate exerceamus: quia, vt docuit Galen. lib. de venæ sect. contra Erasistrat. capit. vlt. quodammodo minuit plenitudinem leuis purgatio. Quin etiam, & medicamenta leuia multa sunt, quæ quietè euacuant, & simul temperant ardorem, vt serum, cassia, &c. Sed interrogas de cœlestibus aspectibus, an impediant euacuationes? Ad aeris enim constitutionem pertinet ista consideratio. Sunt aliqui ita addicti Astrologiæ, vt nil sine obseruatione astrorum exequantur. Respondeo. Franciscum Val. omni laude dignum (vt alia multa tetigit fœliciter.) ita circa hanc rem decreuisse, quid sentiendum sit. 7. lib. con-

controuerſ. cap. 18. Amice, obſecro, ne quando curationibus morborum incumbis, aliquid cogites de aſtris: ſed ſi necesſitas poſtulat, exequere auxilium. Quando verò non curationi, ſed præcautioni invigilas, elige tempus quod tibi videtur magis aptū, fugiens plenilunia, & nouilunia, & ſolſtitia, & quidquid aliud tibi offerunt Aſtrologi. Ab aſtris ſumitur indicatio. Libenter admitto: ſed intelligendum, quando non eſt alia maior necesſitas. Nam vt ſapiens dominabitur aſtris per actus liberos voluntatis, & rationis; ita natura afflicta, & morbo oppreſſa, per auxiliares manus docti Medici, dominabitur, & morbo, & ſtellis. Incenditur domus, & tu patulus eleuas figuram, vt decernas an conueniat mittere aquam ad extinguēdum ignem? Exſpectas vt transeat plenilunium, aut ſolſtitium? O vanitas pernicioſa.

INTER VER, & Autumnum controuerſia ad euacuandum.

AVicen. 4. 1. c. 5. ita ait. *Et ſcito quod tempus quo maior canis aſcen-*

ascendit, & frigoris fortis, non est tépus sumendi medicinam: medicina enim in uere, aut autumno est bibenda. Et uer quidem est, cùm niues de montibus cadunt, & post uer quidem uenit æstas, in qua non est sumenda, nisi res subtilis; Autumnus uerò est ueri contrarius. Textus est apertus. Vetat medicaméta fortia in diebus maximè calidis, & frigidis: medicamenta verò subtilia, id est blanda concedit. Elegit autem Ver, & autumnum, vt meliores anni partes ad vacuandum, sed non distinguit inter illas; imò dicit, autumnum esse cōtrarium Veri. Quibus verbis videtur eum excludere.

Dico, quòd si vires spectemus, quę necessariæ sunt ad vacuandum, aptius tempus existimandum vernale, in quo vires maximè florent. In autūno enim vires non ità valent, tum ob illius inęqualitatem, tum quia sequitur ad æstatem, quæ calidum maximè exsoluit. Igitur firmiores facultates habemus tempore veris, & propter propriā aeris temperiem: & quia collectum calidum inuenit ex hyeme præterita. Igitur ad purgationem, & venæ se-

ctio-

ctionem eligibilius est tempus. Veris ob rationem dictam. At si ideas humorum contempleris, ad purgationē autumnus aptior censendus, quam ad venę sectionem: quia sunt cumulati varij humores praueę qualitatis, ex victu inordinato, & potu in æstate, & ob inæqualitatem autumni, quę vario modo, & præternaturali disponit humores. Dixit autem Auicen. Autumnum esse Veri contrarium (existimo) ob dictas à me rationes: & quia sicut Ver vitalia principia sua temperie roborat, ita autumnus frigidus, siccus, & inæqualis, illa debilitat.

CAP. III.

An ratio ambientis cogat æstate per superiora, hyeme per inferiora purgare?

ETiam ad discursum de rebus non naturalibus pertinet ista non inutilis cogitatio. An scilicet, tempus hyemale impediat purgationem per superiora, & tempus æstiuale impediat motum per inferiora? Oritur ratio

tio dubitandi ex varijs locis Hippoc. quibus videtur contradictionem inuoluere. 4. enim aphor. 4. dicebat. *Medicari æstate superiores magis, hyeme verò inferiores* & Aphor. 6. *Graciles, & facile vomentes per superiora, cauentes hyemem: vomentes verò difficulter, & mediocriter bene carnosos per inferiora, cauentes æstatem*. At verò lib. de salubri diçta. tex. 15. Sex menses brumales vomere præcipit, & reliquo tẽpore per inferiora euacuare. Hanc dissensionẽ Gal. dirimit in com. hoc modo. Humores in morbo pręsẽti esse purgandos per eam regionem per quã repunt. Quare cùm multa pituita adest in vẽtriculo tempore hyemis, & multa copia bilis à vesica fellis tempore æstatis, tendit ad intestina, ideò per vomitum esse vacuandos hyeme, & ęstate per clysteres: eos scilicet, tantum succos, qui per tales feruntur regiones. At verò vbi præcautionis gratia à toto corpore expurgamus, per contraria loca euacuamus, vt facit in aphor. Quod autem Hippoc. non de eodem modo vacuationis loquatur in vtroque textu, constat. Nam lib. de

salub.

salub.diet. Vomitum, & deiectionem prouocat sine medicamento purgāte: in aphorismo vero vtitur medicamēto expurgante: quia scilicet, in aphor. vacuationem à toto corpore intendit: at in lib. de dieta, ea solum educere, quæ in ventre continentur. Sed quāuis Gale. persistet, & alij Autores in defensione, aut explicatione Hippo. securius existimo, quando totum expurgandum est, mitiora medicamenta trahentia, & vere purgantia hyeme posse dari; deiectoria, seu per infernam aluum purgantia, æstatis tēpore. Ratio est, quia si humor contentus in venis, biliosus est, facilè trahetur vi medicamenti ad ventrem inferiorem, per quam certè regionem minus inflāmatur eger: cùm enim motus qui fit in vomitu calefaciat, & medicamentum trahens expurgans per vomitum sit calidius, quàm deiectorium, crudele præsidium arbitror estate humores per supernam ducere regionem. Ergo tam hyeme, quàm æstate per inferiora trahendus humor, nisi sua sponte bilis ad ventriculum confluat: præsertim cum bilis sua natu ra

ura superiores regiones inuadere cõ-
ueuerit, ac proinde ad inferiores par-
es reuellenda est. At si pituita, aut
nelancholia redundet in corpore, ac
renis, contraria ratione sepe per vo-
nitum vacuare melius est, præcipuè
iyeme. Primò, quia cùm ex sua na-
ura soleant tales humores crassi ad
nferiora descẽdere, grauissimis mor-
bis materiam præbent: fient enim la-
pides, vteri obstructiones, colicæ, po-
lagræ, abscessus, & alia plura mala.
gitur iure optimo reuellẽdi tales hu-
nores per vomitum. Si autem cura-
ionem febrium chronicarum cõtem-
leris, fere omnes Autores inuenies
consulentes vomitum, & Auicen. 4.
. c. 11. & 13. Quod non solum intel-
igas fieri ad vacuationem eorum,
quæ circa ventriculum existunt, sed
tiam ad totum corpus à colluuie hu-
norum liberandum. At quando in
uperioribus partibus morbus time-
ur, aut iam adest, per inferiora vacu-
ndum humorem volumus, cuiuscum-
que sit naturæ. Nam indicatio à tem-
pore desumpta imbecilla est, vbi pre-
licta repugnent: repugnant autem ve-
hemen-

hementer reuulsionis indicatio, & calefactionis motus iam dictus.

Possem tamen aliter Hipp. interpretari, vt vocem illam Græcam φαρμακεύειν, id est, purgare per superiora, nō accipiat pro vsu medicamenti trahentis, & purgantis per superiora, sed pro quacumque vomitus prouocatione (est enim magnum discrimen) ita vt velit Hipp. in morbis æstatis biliosis, vomitum prouocemus, vbi præsertim bilis eo inclinauerit, vt cognosces ex nausea, amaritudine oris, & anxietatibus. Sic vera dixit, & hoc consilio solemus vti. Quamuis, vt verum fatear, verbum φαρμακεύειν nunquam tali modo Gal. fuit interpretatus. Quod si ita Hip. intelligere velis, omnia patent: siquidem semper quò vergunt humores, per conuenientem regionem euacuandi. Hyeme ergo pituita solet ventrem in sanis opplere, æstate verò venter inferior bile repletur in sanis, in ægris etiam & superior. Quocumque igitur vergat, eo vacuandus medicamento, & tempori, & morbo apto: non tamen necessariò medicamento attrahente ventriculo.

CAP.

CAP. IV.
De inanitione, & repletione.

INter res non naturales, inanitionẽ, & repletionem enumerauimus in superioribus. Sunt quidem aliquæ, quæ impediunt, aut retardant executionem istorum auxiliorum, de quibus agimus. Cibus nondum coctus, aut fæcum in intestinis copia retardant; venæ sectionem: nam si fieri potest, prius deturbandę fęces, & cibus proximè ingestus coquendus, & postea ad magnum auxilium accedere oportet: nisi vrgeat talis necessitas, vt ordinem inuertat: vt magnus casus ab alto, spuitio, aut vomitus sanguinis, anginosa suffocatio, & alia similia. Si enim facile, & citò balano, aut clystere possint intestina mundari, ante vacuationem: sin minus, satius est ad id quod magis vrget prohibẽdũ, accedere, & postea ad ventris prouidentiam deueniendum. Repletio autem cruditatum primę regionis inter res præter naturam enumeranda. de qua inferius agemus.

Sed ad inanitionem menstrua purgatio merito reducitur, tanquam euacuatio, quæ inter res non naturales recensetur: siquidem modo naturalis, modo præter naturam existit. Quomodo ergo impediat vacuationes ab arte, declaremus.

CAP. V.

Menstrua vacuatio inter res non naturales potest impedire euacuationes.

GAl. lib. de venæ sect. aduersus Erasistr. c. 5. Menstruam purgationem sub inanitione videtur collocare: vnde videndum est quando, & quomodo impedire valeat euacuationes ab arte, aut illas metiatur. Hærent & dubitant medici etiam periti, in hac re. Primò, quia duabus vacuationibus debilitatur mulier. Secundò, quia fortasse vna vacuatio alteram impediet: vndè aliqui dum menstrua fluunt, aliam vacuationem tentare reformidant, etiam in morbis acutis: cùm sæpius in perniciem ægrotantis eueniat menstruatio, neque morbum finiens,

finiens, neque alijs remedijs locum præbens. Hoc ergo accuratius expendendum, ſed claritate qua potero maxima.

Video multos, qui indiſtinctè in ſuppreſſione menſtruorum ſãguinem mittunt ex brachio, propter quandam ſententiam Aetij. Ergo ad rem. Vt ſine periculo ægrotantis ab alijs euacuationibus abſtineamus, præſente muliebri euacuatione: primò inſpicere oportet, an purgatio hęc pręſens ſit, aut iam iam eruptura. Secundò, an vbi præſens eſt, ea mole ſanguinem à corpore demat, eoue impetu, ac celeritate, qualem morbi ipſius acuties, magnitudoque deſiderat. Tertiò, quem locum poſſideat affectio, quamque celeritatem ſecum adducat. Si enim non adſunt menſtrua, ſed imminent, & morbus inducias prębet, differri certè poteſt euacuatio, ſi morbus ita paruus eſt, vt in euacuatione menſtruorum ſperemus auxilium.

At ſi maior morbus eſt, nec inducias pollicetur, audacter vacuare oportet, minuendaque eſt vacuatio,

pro ratione futuræ menſtruationis ; quam metiri debemus ex alijs præteritis menſtruis : nam ſi ſperamus naturam large euacuaturam, moderatè incedimus, niſi aliud vrgeat.

Si autem vnica ſola vacuatio eſt neceſſaria, ea ex talo fieri debet, ne vacuatio, quæ ſperatur, cohibeatur. At verò, ſi talis morbus eſt, vt intelligas plures vacuationes eſſe neceſſarias, ſi copioſiſſima adſit ſanguinis abundantia, primum quidem ex brachio, & illicò ex talo poteris vacuare, vt placuit Aetio, cuius ſententia explicanda breuiter, ne error committatur: abſolutè enim falſa eſt, niſi quibuſdam adnotatis.

CAP. VI.

Aëtij ſententia explicata de vena ſecanda in cubito, vt profluant menſtrua.

SI proponam ipſa verba Aëtij, non ita intrepidè venam brachij ſecandam decernent medici ſed iuxta methodi vniuerſalis, leges

ges, & secundum doctrinã traditã de vacuatione, & reuulsione. Ergo Aetius lib. 16. c. 59. ita pronunciat. *Quę plenitudinis causa non purgantur, congruo menstruorum tempore magis grauantur, doloresque circa lumbos percipiunt, flatuq; replentur, quem saltus, distensionesque, & horrores totius corporis neceßario consequuntur: sed præcipuè insigni venarum tumore dignoscuntur. Atq; istæ quidem copiosa sanguinis missione sanantur. Cubiti igitur, ac malleoli venas secare oportet: deinceps euacuato sanguine, quæ superius memorauimus potiones, & fomenta locis adhibenda. &c.* Ita Aetius. Obsecro vt contẽpleris de verbo ad verbum huius viri sententiam, & clarissimè inuenies depictam plenitudinem ingentem quoad vasa. Vt igitur venam cubiti scindere præcipias in hoc casu, non quælibet plenitudo sufficit, sed ad vasa, & hæc magna. Habet autem ista plenitudo quandam proprietatem peculiarem: nam propter tumorem venarum, & tensionem partium, non potest fieri compressio: compressione enim fit expulsio. Sunt autem

omnia uasa impedita: atque cùm uacuatio menstrualis incipiat à partibus supremis ad infimas, ab eis, scilicet, quæ sunt supra septum transversum, ad eas quæ sunt infra septum, consequens est, vt partes mandantes prius pellant; non possunt autem pellere, nisi comprimantur, nec possunt comprimi, nisi vacuētur. Ergo in tam magna plenitudine rectè Aetius incipit à sectione venæ cubiti, quia ad originem causæ recurrit; tamen hoc non in alia plenitudine audet, sed in prædicta. Pro cuius maiori claritate, pri-
1 mò, ponderandum est vnumquodque signum propositum ab Aetio. Horrores totius adsunt, grauitas, saltus, distensiones, dolores per totum corpus, & præcipuè tumor venarum, non quilibet, sed insignis.

2 Secundò, ponderandum est, quanta sit Aetij solicitudo ad venam tali secandam; non enim interponit tempus inter vnam, & aliam sanguinis missionem, sed dicit. *Secandam esse venam cubiti, & malleoli*. vt saltem cogites statim quam breuissimè ad talum deuenire: tam est efficax indica-

tio,

tio, quæ sumitur à parte, per quam solet fluere humor vacuãdus. Sed prius proposuit venam cubiti, inspiciens rationem à me supra allatam, vt quis posset suspicari, non esse tempus intermedium, sed simul illas euacuationes esse faciendas, secundum Aetij sententiam, vt legitur, interpretatam. Tertiò, oportet hęc omnia in promptu habere, vt facias firmum, & vtile iudicium: nam posset contingere, vt suffocaretur mulier sanguine misso ex brachio, concurrente ad præcordia sanguine, ex partibus inferioribus conuocato. Quapropter notaui attentius alterum locum Aetij, eodem lib. 16. c. 79. in fine. *Pro molestiæ verò magnitudine, si ægram adolescentem, & sanguineam nacti erimus, deliberabimus, an cubiti vena secanda sit: postremo quæ menses prouocant propinabimus, & pessis mitioribus vtemur.* Attẽde verba grauissima. Prius cogitat, vt decernat, an cubiti vena secanda sit. Nonne sufficit, quod sit adolescens, & sãguinea? Neutiquã, sed cogitat secũdò, an magnitudo causę talis, & tãta sit, qualis hæc erit: sine dubio illa 3

erit dispositio, quam supra. c. 59. referebat, insignis venarum tumor, dolores, grauitates totius corporis, &c. Itaque de hoc dubitat, an sint talia signa, vel non; & ideò dixit, *Deliberabimus, an cubiti vena secanda sit*. Hæc pro sententia Aetij. Vide nunc quam facilè exequaris, quòd Aetius inter manifesta illa signa dubius cogitat.

Hęc dicta sint de vacuandis mulieribus nullo affectu particulari oppressis, sed vniuersali illa plenitudine grauatis, quam depinximus, aut febre affectis, quæ vniuersalis morbus est, aut quando partes infra septum transuersum laborant, quæ aliquid suscipiunt à supremis, vt dictum est.

At verò, quando aliquis morbus particularis adest, vt phrenitis, angina, pleuritis, pulmonia, hoc opus, hic labor, hęc occasio errandi. Sed Deo dante, omnia clarescent.

CAP.

CAP. VII.

Si affectus grauis supra septum transuersum partes occupat, imminentibus, aut fluentibus mensibus, quid faciendum?

ANtequam sententiam nostram proponam, locum Gal. recitãdum duxi, nunquam obliuioni tradendum, lib. de venæ sect. aduersus Erasist. cap. 5. in hunc modum fundamentum iecit nostræ cõclusionis. *Velim itaq; audias iam veritatem ipsam, me præcone, tibi denunciantem. Quod mulier, si rectè expurgetur, neque podagris, neque articulorum doloribus, neque lateris inflammationibus, neque peripneumoniys capiatur: sed neque epilepsiæ, neque apoplexiæ obnoxia sit, aut respirationis, vel vocis ablatione, rite purgata vllo tẽpore infestetur. Nũ verò menstruis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut conuulsionibus, uel tremoribus, rigoribusue mulier aliquando correpta est? Num etiam uel melancholia laborantem, aut mania*

uexatam, aut quæ ex thorace spueret, uel uomeret ex ventre sanguinem, aut cephalæa laborantem; aut synanche præfocatam; aut aliquibus id genus magnis, & uehementibus affectibus impetitam, cui menses recte excernerentur, quandoque conspexisti? Verum his retentis eam cuilibet malo implicari facilè est, huicque rursum euacuationes medentur. Hæc Galen. aurea, sicut & totum illud caput 5. contra Erasistratum, aureum est. Aduerte, omnia mala quæ refert, affectiones sunt particulares partium supernarũ, quæ in quantum particulares, & magnæ, petunt vacuationem ex vena propinquiori. Tamen cùm in eodem capite ex Hippocrat. refert, non solum ad causam detueniendum, sed ad principium causæ, ad occasionem, & ad causam occasionis, totum scopum conuertit ad excitandas, & promouẽdas menstruationes: quia existimat vel fluentibus, vel non fluentibus mensibus, sanguinem illum qui debebat expurgari, esse tantorum malorum causam. Ita attentos nos reddit ad solicitandas ex talo sectiones venarum.

Quamō-

Quamobrem non te fallat vrgentia mali: lethalem errorem facies, si in prædictis affectibus, iam imminentibus, aut erumpentibus menstruis, sãguinem mittis ex brachio: impetus enim humorum ad vterum illo principio morbi, sequendus est, vt ex talo raptus sanguis non petat superiora; ex brachio verò reuocatus, ad superiora, cõtra naturæ impetum causam mali augebis proculdubio, & mortẽ accelerabis. Ergo prima vacuatio semper facienda ex talo, in illo principio principiãte, vt loquuntur in scholis.

Atque ne contradictionem inueniás in nostris scriptis, memini me lib. 3. Auic. cum agerem de curatione affectuum capitis, ponderasse, quod Auic. venam capitis illico secare docet. Quare non venas totius, communem, siue nigram, aut basilicam? Sed certe ibi loquitur de affectibus, quando nulla præsens, aut imminens complicatur vacuatio desiderata à natura, consueta naturæ, ad cuius defectum, aut imminutionem, sequuntur capitales morbi. Vnde vt omnibus indica-

uexatam, aut quæ ex thorace spueret, uel uomeret ex venti e sanguinem, aut cephalæa laborantem, aut synanche præfocatam, aut aliquibus id genus magnis, & uehementibus affectibus impetitam, cui menses recte excernerentur, quandoque conspexisti? Verum his retentis eam cuilibet malo implicari facilè est, huicque rursum euacuationes medentur. Hæc Galen. aurea, sicut & totum illud caput 5. contra Erasistratum, aureum est. Aduerte, omnia mala quæ refert, affectiones sunt particulares partium supernarũ, quæ in quantum particulares, & magnæ, petunt vacuationem ex vena propinquiori. Tamen cùm in eodem capite ex Hippocrat. refert, non solum ad causam detiendum, sed ad principium causæ, ad occasionem, & ad causam occasionis, totum scoptim conuertit ad excitandas, & promouẽdas menstruationes: quia existimat vel fluentibus, vel non fluentibus mensibus, sanguinem illum qui debebat expurgari, esse tantorum malorum causam. Ita attentos nos reddit ad solicitandas ex talo sectiones venarum.

Quamō-

Quamobrem non te fallat vrgentia mali: lethalem errorem facies, si in prædictis affectibus, iam imminentibus, aut erumpentibus menstruis, sãguinem mittis ex brachio: impetus enim humorum ad vterum illo principio morbi, sequendus est, vt ex talo raptus sanguis non petat superiora; ex brachio verò reuocatus, ad superiora, cõtra naturæ impetum causam mali augebis proculdubio, & mortẽ accelerabis. Ergo prima vacuatio semper facienda ex talo, in illo principio principiãte, vt loquuntur in scholis.

Atque ne contradictionem inueniãs in nostris scriptis, memini me lib. 3. Auic. cum agerem de curatione affectuum capitis, ponderasse, quod Auic. venam capitis illico secare docet. Quare non venas totius, communem, siue nigram, aut basilicam? Sed certe ibi loquitur de affectibus, quando nulla præsens, aut imminens complicatur vacuatio desiderata à natura, consueta naturæ, ad cuius defectum, aut imminutionem, sequuntur capitales morbi. Vnde vt omnibus indica-

uexatam, aut quæ ex thorace spueret, uel uomeret ex ventre sanguinem, aut cephalæa laborantem, aut synanche præfocatam; aut aliquibus id genus magnis, & uehementibus affectibus impetitam, cui menses recte excernerentur, quandoque conspexisti? Verum his retentis eam cuilibet malo implicari facile est, huicque rursum euacuationes medentur. Hæc Galen. aurea, sicut & totum illud caput 5. contra Erasistratium, aureum est. Aduerte, omnia mala quæ refert, affectiones sunt particulares partium supernarũ, quæ in quantum particulares, & magnæ, petunt vacuationem ex vena propinquiori. Tamen cùm in eodem capite ex Hippocrat. refert, non solum ad causam deueniendum, sed ad principium causæ, ad occasionem, & ad causam occasionis, totum scopum conuertit ad excitandas, & promouẽdas menstruationes: quia existimat vel fluentibus, vel non fluentibus mensibus, sanguinem illum qui debebat expurgari, esse tantorum malorum causam. Ita attentos nos reddit ad solicitandas ex talo sectiones venarum.

Quamõ-

Quamobrem non te fallat vrgentia mali: lethalem errorem facies, si in prædictis affectibus, iam imminentibus, aut erumpentibus menstruis, sãguinem mittis ex brachio: impetus enim humorum ad vterum illo principio morbi, sequendus est, vt ex talo raptus sanguis non petat superiora; ex brachio verò reuocatus, ad superiora, cõtra naturæ impetum causam mali augebis proculdubio, & mortẽ accelerabis. Ergo prima vacuatio semper facienda ex talo, in illo principio principiãte, vt loquuntur in scholis.

Atque ne contradictionem inuenias in nostris scriptis, memini me lib. 3. Auic. cum agerem de curatione affectuum capitis, ponderasse, quod Auic. venam capitis illico secare docet. Quare non venas totius, communem, siue nigram, aut basilicam? Sed certe ibi loquitur de affectibus, quando nulla præsens, aut imminens complicatur vacuatio desiderata à natura, consueta naturæ, ad cuius defectum, aut imminutionem, sequuntur capitales mo.bi. Vnde vt omnibus indica-

uexatam, aut quæ ex thorace spueret, uel uomeret ex ventre sanguinem, aut cephalæa laborantem, aut synanche præfocatam, aut aliquibus id genus magnis, & uehementibus affectibus impetitam, cui menses recte excernerentur, quandoque conspexisti? Verum his retentis eam cuilibet malo implicari facilè est, huicque rursum euacuationes medentur. Hæc Galen. aurea, sicut & totum illud caput 5. contra Erasistratum, aureum est. Aduerte, omnia mala quæ refert, affectiones sunt particulares partium supernarũ, quæ in quantum particulares, & magnæ, petunt vacuationem ex vena propinquiori. Tamen cùm in eodem capite ex Hippocrat. refert, non solum ad causam deueniendum, sed ad principium causæ, ad occasionem, & ad causam occasionis, totum scopum conuertit ad excitandas, & promouẽdas menstruationes: quia existimat vel fluentibus, vel non fluentibus mensibus, sanguinem illum qui debebat expurgari, esse tantorum malorum causam. Ita attentos nos reddit ad solicitandas ex talo sectiones venarum.

Quamõ-

Quamobrem non te fallat vrgentia mali: lethalem errorem facies, si in prædictis affectibus, iam imminentibus, aut erumpentibus menstruis, sãguinem mittis ex brachio: impetus enim humorum ad vterum illo principio morbi, sequendus est, vt ex talo raptus sanguis non petat superiora; ex brachio verò reuocatus, ad superiora, cõtra naturæ impetum causam mali augebis proculdubio, & mortẽ accelerabis. Ergo prima vacuatio semper facienda ex talo, in illo principio principiãte, vt loquuntur in scholis.

Atque ne contradictionem inueniãs in nostris scriptis, memini me lib. 3. Auic. cum agerem de curatione affectuum capitis, ponderasse, quod Auic. venam capitis illico secare docet. Quare non venas totius, communem, siue nigram, aut basilicam? Sed certe ibi loquitur de affectibus, quando nulla præsens, aut imminens complicatur vacuatio desiderata à natura, consueta naturæ, ad cuius defectum, aut imminutionem, sequuntur capitales morbi. Vnde vt omnibus indica-

ferit diſpoſitio, quam ſupra. c. 59. referebat, inſignis venarum tumor, dolores, grauitates totius corporis. &c. Itaque de hoc dubitat, an ſint talia ſigna, vel non; & ideò dixit. *Deliberabimus, an cubiti vena ſecanda ſit.* Hæc pro ſententia Aetij. Vide nunc quam facilè exequaris, quòd Aetius inter manifeſta illa ſigna dubius cogitat.

Hęc dicta ſint de vacuandis mulieribus nullo affectu particulari oppreſſis, sed vniuerſali illa plenitudine grauatis, quam depinximus, aut febre affectis, quæ vniuerſalis morbus eſt, aut quando partes infra ſeptum tranſverſum laborant, quæ aliquid ſuſcipiunt à ſupremis, vt dictum eſt.

At verò, quando aliquis morbus particularis adeſt, vt phrenitis, angina, pleuritis, pulmonia, hoc opus, hic labor, hęc occaſio errandi. Sed Deo dante, omnia clareſcent.

CAP.

CAP. VII.

Si affectus grauis supra septum transuersum partes occupat, imminentibus, aut fluentibus mensibus, quid faciendum?

ANtequam sententiam nostram proponam, locum Gal. recitãdum duxi, nunquam obliuioni tradendum, lib. de venæ sect. aduersus Erasist. cap. 5. in hunc modum fundamentum iecit nostræ cõclusionis. *Velim itaq; audias iam veritatem ipsam, me prçcone, tibi denunciantem. Quod mulier, si rectè expurgetur, neque podagris, neque articulorum doloribus, neque lateris inflammationibus, neque peripneumoniys capiatur: sed neque epilepsiæ, neque apoplexiæ obnoxia sit, aut respirationis, vel vocis ablatione, rite purgata vllo tẽpore infestetur. Nũ verò menstruis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut conuulsionibus, uel tremoribus, rigoribusue mulier aliquando correpta est? Num etiam uel melancholia laborantem, aut mania*

Quamobrem non te fallat vrgentia mali: lethalem errorem facies, si in prædictis affectibus, iam imminentibus, aut erumpentibus menstruis, sãguinem mittis ex brachio: impetus enim humorum ad vterum illo principio morbi, sequendus est, vt ex talo raptus sanguis non petat superiora; ex brachio verò reuocatus, ad superiora, cõtra naturæ impetum causam mali augebis proculdubio, & mortẽ accelerabis. Ergo prima vacuatio semper facienda ex talo, in illo principio principiãte, vt loquuntur in scholis.

Atque ne contradictionem inueniãs in nostris scriptis, memini me lib. 3. Auic. cum agerem de curatione affectuum capitis, ponderasse, quod Auic. venam capitis illico secare docet. Quare non venas totius, communem, siue nigram, aut basilicam? Sed certe ibi loquitur de affectibus, quando nulla præsens, aut imminens complicatur vacuatio desiderata à natura, consueta naturæ, ad cuius defectum, aut imminutionem, sequuntur capitales morbi. Vnde vt omnibus indica-

tionibus satisfiat, illa prima euacuatio fit à parte, scilicet, à cephalica, ne pereat æger, & statim, aut quam breuissimè fit à vena totius, aut à basilica, vt misceantur, vacuatio, deriuatio, & reuulsio. Tam est celer mortis periculum, vt non possit exspectare natura reuulsionem, & deriuationem, & postea vacuationem à parte. Si igitur subleuatur pars, deposita aliqua quantitate humoris contenti in venis circa partem, & ita non perijt homo, & statim impedis per reuulsionem, quod fluit de nouo, poteris hoc modo optimum finem consequi. Et hæc est ratio, quare Auicen. incipit à sectione venæ particularis. At verò in præsenti casu, de quo agimus, licèt affectus sit particularis, existimamus esse incipiendum à sectione tali: quia humores sunt, aut deberēt esse actualiter in motu, vt tendant ad vterum, ex intentione, & appetitu proprio naturæ. Ergo ad partem affectam illos retrahere esset omninò periculosum. Continget autem tibi sæpius, vt vnica, aut altera vacuatione facta à talo, liberetur mulier ab vrgentia

mali particularis, capitis, guttutis, aut pleuræ. At si post istas vacuationes morbus vrgeat, accede ad vacuationes particulares cum magna solicitune menstruorum, per frictiones continuas, cucurbitulas, ligaturas, balnea. Et hęc vide obsecro in actu sanguinis missionis à brachio, antea, & postea. Quidam peritus, & doctissimus præcipiebat, dum sanguis è brachio extrahebatur, pedes, & crura in aqua calida decoctionis chamęmeli, & arthemisiæ immitti, & cũ eisdẽ herbis, & aqua simul trahi vsque ad ruborem. Alij, valente virtute, nõ dubitant vno die duas exercere vacuationes, aliam ex talo, aliam verò à vena propinqua. Sed quando imminentibus, aut fluentibus męnsibus, tanta huius vacuationis solicitudo est, quid dicẽdum, si à partu morbus aliquis acutus enixam corripit? Equidem in præcedentibus dicebamus, primam saltem vacuationem esse ex talo: tamen post partum, non solum primam, sed alteram, atque tertiam. Hoc explicandum,

CAP.

CAP. VIII.

Fernelius, ne occasio sit errandi, explicatur.

FErnelius in hac re tyronibus occasionem dedit errandi: nam lib. 2. meth. agens de venæ sectione, cap. 7. curationem incipiendam dicit à sectione venæ brachij, & postea ad venas accedendū inferiores. Hæc autem sentētia absolutè, vt legitur, displicet profecto: quia si administretur talis vacuatio, euenient vteri eleuationes, & suffocationes supernarum partium, recurrentibus humoribus ad partem affectam, qui incipiebant fluere per loca consueta menstruationis. Et hæc indicatio est prima, & vniuersalis, quę debet præcedere, ex natura indicationis à causa, & à motu illius (vt respondeam rationi Fernelij). Cū igitur causa, quæ fluit ad partem affectam, sit, quæ debet fluere, aut quę etiam fluit ad loca menstruationis, oportet certè illam dirigere, & reuocare totā per vterum: quia natura facilius pellet

per

per consuetam regionem, & deseret aliam inceptam symptomaticam viã, quo nil melius desiderari potest. Pellere ad pleuram, aut fauces, vel ad cerebrum, tempore mẽstruationis, symptomaticum omninò est, pellere ad venas Vteri, omninò naturale. Ergo credendum est, vacuationem ex talo expeti, & admitti à natura, & affectam particulam citius liberari. Vndè Fernelius non facit primam euacuationem ex brachio, nisi ad præsentiã copiosæ plenitudinis, vt declaratum est ex mente Aëtij, quæ vehemens copia, si contingat cum Vrgentia, potest primò vacuari per venam brachij, vt dicit Fernel. & secundò per venam tali, vt supra dicebam. Vbi seruanda est doctrina Auic. c. 20. 4. 1. ex mente Galen. interponit enim vnam horã inter duas euacuationes. Itaque in isto conflictu magnæ, & ingentis plenitudinis, mensibus imminentibus, poteris venam secare in brachio, & transacta vna hora, secare in talo: vel secundum gradum vrgentiæ, & fluxus menstrui, primam facere ex talo, & transacto simili spatio, alteram ex brachio;

chio; ſemper tamen incumbendum magis euacuationi per inferiora. Sed præcipuè in enixis magna differentia eſt in hac re. Afficitur morbo acuto mulier imminentibus, aut fluentibus menſibus: alia poſt partum afficitur etiam morbo acuto. Interrogo, quam differentiam conſpicis ad euacuandū? Eris ne æque ſolicitus ad ſecandas inferiores venas, aut ductus vrgentia acutiei morbi, vtramque mulierem euacuabis primo ex brachio, poſtea ex talo? Equidem licèt in re hac difficili, multum debeam tribuere prudentiæ medici, qui ponderare debet cauſarum exuperantiam, & gradus vrgentiæ, tamen aſſerendum conſtanter exiſtimo, enixas non vnica vice, ſed ſecundò, tertiò, & quartò, & ſæpius ſi opus eſt, eſſe vacuandas ex talo, quamtumuis videatur acutus morbus. Certè non eſt credibile, quā perniciofius ſit retroceſſus ſanguinis puerperij ad partes ſuperiores: multo magis lethalis, quàm menſtrualis eius mulieris, quæ non peperit. Conſultò relinquo varias rationes, & autoritates in re ita aperta.

Ergo

Ergo enixa pluries vacuanda ex talo, antequam ad ſuperiores uenas recurras. Quod ſi coactus ſis ad uenas altas ſecandas, multo maior diligentia præſtanda eſt in frictionibus, balneis cálidís, cucurbitulis, ligaturis, & alijs, quæ crura continuè exerceant: etenim numquam ſecurè euacuatur ex brachio enixa, uſquedum per quadraginta dies ſufficienter fuerit expurgata. Brachiorum uia coacta eſt, neque fidendum, quod ceſſauerit purgatio uteri: nam quæ relinquuntur à partu, non ex uenis brachij, ſed ex talo per uenas uteri, petunt euacuari. Quod ſi medici hanc indicationem facilè deſerunt, putantes ſufficienter eſse purgatam mulierem, ad noxas inemendabiles deuenient.

Illud autem ſilentio non eſt prætereundum, ſi in euacuationibus ſymptomaticis (quamuis omninò ſymptomaticæ ſint,) debemus exſpectare parumper, vt videamus quid vtile, aut inutile ferant: quomodo ſe habeat natura, an forſan debilitetur, an commodum aliquod percipiat. Quare non exſpectabimus, cũ naturaliſſima ap-

apparet vacuatio menstrualis, enixæ, aut non enixæ. In qua non solum sanguis superfluus, sed tres alij humores praui expurgantur per desideratam, & conuenientem regionem, quo tempore, simul fit sanguinis missio, & expurgatio. Quæ duo opera nunquam vnico auxilio potest ars perficere, nisi forsan naturam imitando, per venas tali sectas, quando segniter, aut diminutè procedit. Quod licèt multis locis Hipp. & Gal. sit præceptum: tamen eleganter lib. de sanguin. miss. cōtra Erasist. c. 4. his verbis.

Cùm didicero, quæ probe ab illa perficiuntur, semper addito eo, in quo illa deficit, facilè ei adiumento esse potero; rursus si ipsa nil penitus mouet (id quod quandoque morbosarum causarum vehementia superata patitur) tum ego illud omne suggerere enitar, &c. Est igitur inferior vacuatio in enixis summopere solicitanda, si natura, aut tardè, aut diminutè expellit: hinc enim mala superiorum partium nutriuntur, vt ex Galen. dixi: Qua in parte oportet contra obstetrices, & vulgares medicos aduertere,

re,

re; non esse accidentia puerperij calidis mitiganda medicamentis, aut alimentis. Putant moueri melius menstruam purgationem. Sed falluntur proculdubio: nam siuè adsit morbus acutus, siue non adsit, solent promoueri similes vacuationes non ita calidis rebus, sed potius temperatis, & non nihil frigidis; nã vterus ex labore partus fere dilaceratus facilè à calidis inflammari potest. Atque cùm dolores, quos enixa patitur, excitentur à sanguine calido exeunte, potius quàm à frigore, apertũ est, quòd nõ calidis, sed maximè temperatis, & potius ad aliquam frigiditatem inclinantibus debeat medicus vti. Vndè Auic. aquam hordei aliquando cõcedit. Nos verò victum tenuen, & aliquando, si opus est, mediocrem, sed facilem cõcoctu exhibemus, & iuscula ex auiculis cum petroselino, & capil. veneris: vinũ, & aromata, & alia calida prorsus interdicentes.

Sit ergo vltima conclusio, menstrua purgatio (si rectè fit) regulariter loquendo, aliam impedit: si imperfectè, semper per eandem regionem aliam

petit,

petit, multo magis in enixis. Si vrgeat multum peculiaris morbus in partibus supra septum, prima à talo incipienda, & statim ad venam superiorem, & iterum ad talum. At in enixis, non vna solum detractio, sed altera, atque tertia securior ex talo: quamuis interueniat aliqua ex vena superiori propinqua parti affectæ. Sed præ oculis habendum illud cōsilium, quod tot locis nobis relinquit Gal. tātum esse auferendum sanguinē, quantum deficit ex menstrua purgatione, vt ex artificiali & naturali, fiat illa, quæ necessaria est, neutiquam liberalior: flaccescent enim vires, & morietur mulier. Itaque coniectandum semper in hoc morbo pendēte ab humore, quot vnciæ euacuandæ, v. g. euacuare necessarium est (inspecta plenitudine, & sæuitia morbi) quinquaginta vncias. Ergo si natura euacuat 25. debes euacuare alias 25. vt ex vtraque vacuatione finis optimus sequatur. Hunc terminum non debes excedere: habet autem latitudinem, nam quædam mulier minus quàm alia menstruatur, vna magis
san-

ſanguinea, quam alia.

Eſt autem digniſſimum conſideratione, quod ſupra tetigi, quàm facile medici relinquunt inferiores venas, certe cum manifeſto periculo. Putant qui ſegniter iſta contemplantur, quod tranſactis quadraginta diebus purgationis, facilè poſſunt euacuari per brachia. Magnum deliramentum: cum non omnes mulieres habeant eundem terminum purgationis, neque eaſdem vires expulſiuas. Aliquæ, debiles ſunt, & retinent aliquid ſuperflui, & putat medicus abſolutam fuiſſe purgationem vteri, & quærit venas brachij, & miſerè moritur infirma, accidentibus morbi acuti, & accidentibus vterinis; ab vtero ſiquidem morbi cauſa incepit, & nutriebatur, ſed latebat pars mandans, quia putabat tyro, morbum nullam cum vtero habere connexionem. Si poteſt febris ardens ex vteri affectione proficiſci, nóne aliæ ſpecies febris, & aliæ inopinatæ terminationes ad mortem enixç, & medici dedecus?

CAP.

CAP. IX.

Quomodo motus localis corporis se habeat in ordine ad uacuandum.

MOtus inter nonnaturales causas enumeratur. Videndum ergo quomodo impediat vacuationes, aut si forsan ad illas disponat.
1 Primò, illud certum est, in febribus acutis, calidorumque succorum redundantia, motum localem corporis summopere vacuationem impedire, & præcipuè qui immodicus est; resoluuntur enim vires, & humores aridi, & biliosiores redduntur, & furentes. Ad vacuationē autem omnis perturbatio, siue corporis, siue animi fugienda est.

2 Secundò, vulgaris error notandus est quorundam è plebe, qui aut febrientes, aut non febrientes, adeunt domos scindentium venas, vt per venæ sectionem euacuentur, qui quam primum vacuatio facta est, in propria se conferunt domicilia, antequàm sanguinis motus sedetur, vnde non pauci in animi deliquium incidunt in ipso itine-

itinere, ita vt semimortui à prætereuntibus in lectum adducantur. Quãobrem meo iudicio, non solum motus præcedens, sed etiam subsequens est maximè considerandus. Et ob id Auic. agens de remouendis nocumentis, quæ accidunt ex regimine sanitatis, tract. 1. c. 3. dicebat. *Venæ sectionem non debere fieri post motum*; Et paulo post subdit. *Et postea succedat ei quies*. Quod etiam docuerat 4. 1. c. 20. Quod vero cuique medico poterit accidere, libenter referam (nam mihi sæpè accidit) Accedunt aliqui interrogantes, quid faciẽdũ sic in hoc casu: nã est illis necessariũ statim iter agere, quod ueutiquam possunt excusare, & alia ex parte indigent venę sectione: aut quia plenitudine magna, & febre laborant, aut incipiente alio morbo. Quid respondebis obsecro? Quid ego responderim dicam. Venam quidem secandam esse, ob morbi speciem: tamen propter iter futurum, à tali auxilio abstinendum, ne in ipso itinere, aut syncope, aut phrenitide, aut alio periculoso superueniẽte affectu periclitetur æger; nisi post vacuatio-

tionem tanto tempore quiesceret, quo possim exactè percipere, an talis sit dispositio, vt ratione itineris maius non incurrat periculum.

Pro cuius maiori claritate notandum est, aliud esse agere de recremētis, quę quotidie generantur in nostris coctionibus, & de illis, quæ citra magnam febrem in valetudinarijs, aut in febribus longis necessario succrescūt: aliud verò est loqui de excrementis putridis, quæ ex vi intensæ & acutæ febris resultant. Nulli dubium potest esse, quod excrementa primi generis melius pelluntur, intercedente motu locali corporis, quā alio auxilio. Quod breuiter docuerat Gale. 3. Aphorism. text. 15. his verbis. *Nam in siccitatibus superfluæ humiditates dissoluuntur: per imbres autem intra corpus collectæ putrefiunt, nisi quis singulis diebus collectas exercitijs expurget. Quæ enim fit per balneas euacuatio: parua est, & solam ferè cutem euacuat: quæ autem sunt per carnem, & solidiores partes dispersæ superfluitates, haud sufficiènter balneis euacuantur*, &c. Præfert igitur Galen. motum localem

alijs

alijs auxilijs, ad excrementa deturbāda: quod non ſolum in ſanis intelligimus eſſe verum, ſed in ægris, qui poſſunt citra damnum exerceri, & ſine metu accenſionis febrilis, & in valetudinarijs. Non quidem expedit ad medicamenta purgantia confugere, quando motus localis expulſionem excitare valet. Itaque neque balnea, nec aliud auxilium, putrida recrementa euacuat, ſicut motus. Igitur ſolum inſpecta putredine, & recrementis ex illa reſultantibus, nullum damnum, ſed commodum poteſt exſurgere ex motu. At ſi ingēs calor adſit, ſi iudiciū aliquod exſpectatur, aut ſymptoma aliquod timetur graue, proculdubio motus prohibendus eſt. Quod verò de ſanguinis miſſione dixi, idem de purgatione intelligendum.

CAP. X.

Quòd motus localis vacuationem humorum craſſorum, & frigidorum, non ſolum non impedit, verum iuuat, ex mente Hipp. & Gal.

DIximus de motu in calida diſpoſitione: nunc de illo aliqua adnotanda,

tanda, quando humores adſunt ita crasſi, glutinoſi, & quaſi frigore gelati, vt fluere nequeant, nec ad vias naturales expurgationis, nec ad artifi-
1 ciales ab arte inuentas. Apertum quidem eſt, neque per venæ ſectionem, neque per medicamentum trahens tales humores euacuari posſes cũ ſint, ad fluxum inepti. Igitur motus localis maximè iuuat, & diſponit attenuando, calefaciendo. Quam doctrinam adnotauit Auicen. 4. 1. c. 20. ex men-
2 te Galen. lib. de venæ ſec. c. 21. Si autem æger iacet in lecto, & motum aggredi non audet, aut ob aliam rationem non expedit, certè in hoc caſu frictiones leues linteis calidis exequẽdæ ante vacuationem. Et quibus balnea ſunt conſueta, etiam maximè proſunt: fundunt enim ſanguinem, & ad exitum habilem reddunt. Vnde in morbis melancholicis maximè probo vſum balnei, & poſt balnea, ſi opus eſt, ſanguinem detrahere decerno: quia tenuatus humor, & alijs mixtus, melius concurrit ad locum ſciſſuræ, & melius exit. Quod intelligendum eſt, niſi adſit plenitudo magna, quæ prius poſcat

poſcat deponi. De purgationibus dixit Hipp. lib. 4. Aphor. 13. *Cùm biberit quis elleborum, ad motionem corporis ducere magis, ad ſomnos verò, & quietem minus: indicat autem nauigatio turbari motione corpus*. Et Gal. in com. inquit. *Quies ſiquidem in eodem ſtatu conſeruat, motus verò transmutat, atque alterat corpus*. 3

Eadem ratione video aliquos medicos ex ſpectantes motũ humoris in quartana, & morbis melancholicis, ad medicamentũ purgans propinandum, aſſerentes ita factum fuiſſe ab Hippoc. lib. de Aſſectionibus. & 5. Epid. De qua re alibi. 4

Similiter ante expurgationem ſolet Hipp. balneis vti 6. Epid. p. 5. text. 29. Gal. in com. Lauandos eſſe ægros docuit ſæpè, ante veratri ſumptionem, nonnumquam poſt aſſumptionem. 5

Imò non ſolum ad veratrum ſumendum, ſed etiam ad ſanguinis miſſionem exercendam, quando ſanguis craſſius eſt; vtilem putauit Gal. vſum balnei, in eodem comm. vt etiam de motu nuper dicebam ex mente ipſius. 6

7 Quod autem motus moderatus ſit vtilis ante vacuationes humoris craſſi, quando non adeſt febris talis, quæ motum iſtum impediat, colligi poteſt ex Hippo. & Galen. 6. Epid. p. 3. context. 31. *Prodicus febrientes interficiebat curſibus, luctationibus, fotibus calidis. Malum febriculoſum inimicum fami, circuitibns multis, curſibus, frictioni, &c.* Si hæc verba Hipp. contra Prodicum rectè introſpicias, videbis noſtram mentem eſſe Hippocraticam. Diximus, nimium motum localem eſſe omnino pernicioſum, aliquem tamen eſſe proficuum. Ita dicit Hipp. febrem inimicam eſſe circuitibus multis: quaſi dicat, paucos circuitus prodeſſe. Exiguus motus etiam à Galen. cōceditur. lib. de ſang. miſs. c. 20. Auic. 4. 1. cap. 20. Gal. 6. Epid. p. 1. com. 6.

8 Illud autem, quod ſupra inſinuaui, ſemper memorare debes. Nō dicimus motum eſſe proficuum ratione febris, ſed ratione uacuationis, quando tales humores ad futuram uacuationem per motum ſecurè attenuantur, aut concitantur: nam aliter securus non eſset motus, potius deſiderāt medici quie-

tem

tem humorum crassorum, ut coquantur, nisi adeò rebelles, aut hærentes sint, ut motum desiderent. Quod luculenter docebat Gal. ex mente Hippocr. 6. Epid. p. 1. com. 6. his uerbis. *Exercitationes conducere arbitratur Hipp. tanquam multitudinem vacuantes, & pituitosum, crudum, crassumque omne ad maturitatem ducentes, & attenuantes, & corporis omnes particulas roborantes.*

Quod in febribus longis pendentibus à magnis obstructionibus lienis, aut hepatis, quotidie experimur, quantum ualeat motus ad febrem tollendam, ablata causa obstructionis, & colore in natiuum mutato: ut in curatione febris albæ, aut morbi uirginei comprobatum est. 9

Vnde hæc forsan est ratio, quare inter antiquos medicos consuetudo inualuit, ut ad missionem sanguinis in mulieribus ex pede, meliorem horam putent uespertinam, seu circa crepusculum, ut promoueantur menses: nimirum calore, & motu totius diei humores crassi minus hærentes, & quasi uinculis soluti, melius de- 10

scendunt ad inferiora: quod Iacobus de Partibus obseruatū relinquit. Sed hæc de motu corporis sufficiant.

CAP. XI.

Quòd motus animi maximè vacuationes impediat.

1 DIximus de motu corporis. Sed magnum pondus habet consideratio hæc, quia diuinior.

2 Gaudium expandit spiritum ad externa, cor frigidius relinquit. Si mortem hoc pacto vidimus, aut legimus accidere, quanto magis timēda est vacuatio, quæ etiam depauperat spiritum? Ergo si necessitas vrget, prius sedanda talis affectio, vt cor ad statum pristinum reducatur, recuperatis spiritibus, vt valeat vacuationem tolerare.

3 Ira, licet non soleat vt gaudium interimere, sed multos non valdè animosos debilitare potest: & certè si vacuatio artis accederet, accederet etiā animi deliquium. Non igitur tibi contingat iratos vacuare.

In

In timore quis audet aut ſanguinē detrahere, aut ex purgare? Nam metus propter debilitatem, quam poteſt inducere, etiam ob ſubitum ad interiora humorum receſſum, valet vacuationes impedire. Si medicamentū eo tēpore aſſumeret ęger, mortis manifeſtū periculum ex ſuffocatione accidere poſſet. Præterea videmus in his qui timent, venam ſectam nihil ſanguinis effundere, aut ſi quis fluit, nō qui fluere debet, ſed tenuiſſimum: quo fit, vt ſtatim iubeamus venam claudere, donec metus omnino recedat. Et forſan hæc eſt cauſa, ob quam Galen. ob timiditatem quandoque venam non ſecat. 9. Method. cap. 5. Tamen aduertendus locus: nam dicit. *Quod ſi propter medici ignorantiam, vel ægri, aut propinquorum timiditatem vena non ſecatur*. &c. Vbi non loquitur (vt ſuſpicor) de affectu timoroſo, de quo hic loquimur, ſed de heſitantia ægri, & propinquorum, ob ſuſpicionem ne male habeat ex ſāguinis miſſione, propter diffidentiam, quibus ignorans medicus, & rudis, neſcit philoſophicè oſtendere rationes, 4

& cauſas euacuandi; his enim rectè declaratis, & periculo explicato, ſi nō vacuetur ſtatim æger, amittit metum, & ſpe firmatur. Tamen aliter ſe res habet, nam medicus rudis, (vt voce Galenica vtar, in eo cap.) vincitur facile rationibus ægri, & propinquorum; & ob id dixit loco citato. Propter ignorantiam medici, & propter timiditatem ægri. Si medicus ſciret illum animi affectum, ortum ex falſa quapiam opinione, depellere, certè non præteriret occaſionem vacuandi.

Tamen maximè notandum eſt, ta-
5 lem poſſe eſſe ægrotantis, & propinquorum timorem, vt prædicto euentu, liceat ad alia auxilia tranſire, vt ibidem facit Galenus: ſequaces enim Eraſiſtrati vociferabantur, & dicebant, aliquos fuiſſe mortuos præ timore, ante venæ ſectionem, alios perijſſe in ipſamet ſectione: vt refert Galenus de venæ ſect. aduerſus Eraſiſtr. cap. 2. ad explodendam omnino ſanguinis detractionem.

Igitur omnia prius ſedanda ſunt, & ſi quæ virium iactura e metu orta

fuit,

fuit, prius reparanda.

De triſtitia idem philoſophandum, 6
interna vrit, exſiccat etiam oſſa ipſa, ſi diuturna eſt, ſi recens, ſuffocat, & vtroque modo debilitat vires. Ex pulſibus quidem triſtitiæ, & timoris, colliges quantum tales affectus vacuationes impediant, aut retardent.

Inter animi affectus amor locum 7
obtinet, qui in quantum amor, nil habet in hoc capite ad medici contemplationem. At quatenus nunquam ſine aliquo motu appetitus, hominem tenet. (loquimur de amore ſenſitiuo, quo mortales agitantur) Apertũ eſt ſecundum illum motum, quo inflammat, poſſe impedire vacuationes: nam aut mœrore, aut nimio gaudio, aut frigido timore, aut deſperatione, aut alijs animi perturbationibus miſerè concutitur animus. In quo caſu idem aſſerendum, ac de ſingulis diximus affectibus.

De raptu & exſtaſi attentius philo- 8
ſophandum, vt dicemus in tractatu de diuino in morbis ad lib. Hip. de morb. facr. nunc ſufficit dicere, omne auxilium impedire. Vidimus in quo-

dam raptu putasse assistentes esse apoplexiam, & sanguine misso (mirum) poterat anima euolare tamen ex tali vacuatione in magnam deuenit æger debilitatem, & plures morbos. Sunt quidem maximi momenti istæ considerationes, quamuis paruæ aliquibus videantur.

CAP. XII.

De somno.

1 SOmnus exiguo tempore mihi videtur impedire venę sectionem; nempe non statim à somno mittendus sanguis est (nisi aliud vrgeat) sed aliquo interposito spatio, vt humores ad interiora per somnum moti expandātur, possintque rectius venæ sectione vacuari. Quòd Gal. optimè aduertit lib. de sanguin. mis. c. 20. dicens. *Cùm autem nil huiusmodi aut vrgeat, aut probibeat, præstat manè venam incidere, non protinus ex somno excitis, verùm circiter horam vnam iam antea vigilantibus.*

2 Sed meritò dubitas circa locum Gal. lib. de optim. secta ad Thras. c.

38. vbi contrariam sententiam videtur proferre, ait: *nonnullis conferre ante venæ sectionem dormire*. Sed aduerte, non esse contradictionem in dictis Gal. sed consonantiam: nam potest somnus conferre ante venæ sectionem (quando aliud non vrget) Nonne potuit superflua vigilia præcedere, aut quid aliud, quod virium restaurationem per somnum petat? Ergo Gal. lib. de sanguinis missione loquitur, dum aliud non vrget. Sic melius est vigilantem ægrum tenere, per illud tempus à Gal. signatum. Sed quando sermo incidit de somno, vtile erit explicare, an liceat post venæ sectionem dormire, etsi extra institutum videatur.

CAP. XIII.

De somno post vacuationem.

EX natura somni elicies primum decretum in hac re; nam cùm in somno recursus fiat sanguinis, & spiritus ad viscera, apertum est, quòd si in partibus internis multitudo humorum adfuerit, aut putredo, aut fluxio 1

quæpiam, aut paulo poſt timetur, ſomnus poſt vacuationem maximè nocebit. Equidem ſi adeſt multitudo ſanguinis, aut putreſcentium humorum (quod maximè debes notare) ex retractione ſuffocabitur calor: quo fiet, vt augeatur putredo, & pullulet alia de nouo.

2 Quare in internis inflammationibus, aut in fluxionibus ad viſcera, peſſimus eſt ſomnus: quin etiam & in peſtilentibus affectibus, & venenoſis, in quibus afflicta natura, ſaltẽ principatum cordis deſiderat à tali malo liberare (concurrit enim ſemper venenum ad cor) In his quidem maximè timendus ſomnus poſt vacuationem.

3 Quo fit, vt in quibus ſperatur aliqua acceſſio, ſuſpectus etiam ſit poſt venæ ſectionem.

4 Sed quando poſt ſanguinis miſſionem timetur debilitas, aut magna reſolutio, vt in calidis & ſiccis, tùm tẽperaturis, tum temporibus, & regionibus accidere ſolet, permittendus ſomnus eſt.

5 Secundò poteſt permitti, quando vena ſecatur propter dolorem exiſtent-

stentem in patte externa. Sedat quidem talem dolorem somnus, vt dicebat Auicen. 4. 1. c. 30.

Tertiò, si humor qui relinquitur 6
post venæ sectionem paucus est, & per somnum euinci potest.

Quartò, si puer est, & crudis abun- 7
dat. Somnus in pueris multos finit morbos.

Quintò, si fluxio aliqua ventris, aut 8
sanguinis adest.

Sextò, in morbis melancholicis, & 9
maniacis, in quibus prędominatur siccitas. In his casibus ex arte somnum permittimus: quamuis duo sint quæ persuadeant non esse dormiendum. Primò metus, ne ligatura soluatur, &
multus effluat sanguis, vt adnotat Fer- 10
nelius. Secundò, propter membrorum confractionem, vt ait Auic. 4. 1. cap. de phlebot. Tamē maior est vtilitas quæ ex somno sequitur: possumus præterea venam securè ligare.
At confractio membrorum accidit in 11
primis relatis casibus, in plenitudine internarū partium, in putredine, &c. Sed in sex vltimis neutiquam accidū, nisi perexigua, vt nullius sit momenti.

11 menti. Causa confractionis membrorum post venæ sectionem est (vt arbitror) insinuata. Auicenna enim ait. *Quia inter phlebotomiam quoque, & repetitionem, non est dormiendum, ne cum sanguine expellantur superfluitates, quæ attrahuntur: propterea quod humores per somnum ad corporis profundum trahuntur*, &c. Hæc Auic.

Quare cùm ex venæ sectione humores sint commoti, somno accedente, velocius concurrunt ad interna; &
12 viscera grauantur. Igitur quando aliquis ex sex prædictis casibus non vrget, non conuenit dormire post venæ sectionem, sed ex spectare per vnam, aut duas horas, vt sanguinis motus sedetur.

13 Quando autem multitudo tota vacuata est, vt in synochis, in quibus Gal. tam profusas faciendas præcipit vacuationes, somnus laudabilis est. Dormiebat ille iuuenis 9. Meth. 4. c. neque fricatus, & absterfus linteis sentiebat, neque vocatus. Gal relinquebat, neque sinebat excitari, & pluries illum visitabat; ille autem dormiebat cum magno virium prouentu.

tu. Continetur enim iste somnus relatus à Gal. in nostris sex casibus, in primo, & tertio.

Diximus in sexto casu, concedi somnum in delirantibus, maniacis, aut phreneticis: non solum quia remedium affectus est, cùm somnus humectet: & ob id delirium ex siccitate, & calore ortum sedat, sed etiam quia tales infirmi solent delirando ligaturam tollere. Quare rectè Auicenna animaduertit, quod in his affectibus, & in illis, quos per noctem, aut hora dormiendi oportet euacuare, scissura venæ sit angusta. 4. 1. capit. 20. Et ob id 1. 3. tract. 3. cap. 3. dicebat. *Et oportet vt sit cautela in ligatione vittæ super ipsam, ita vt sit firmata, quam motus ipsius, & agitatio irrationabilis non soluant*. &c. Quando ergo Auicēna dixit. *Et post phlebotomiā succedat quies, & non dormiat quantum ei fuerit possibile*. Intelligendum est, nisi aliud indicans sit, quod petat somnum. 14

De expurgatione fere eadem est ratio: nam post purgationem inchoatam non oportet dormire: stabit

enim,

enim, aut cessabit purgatio, & alia ex parte humores ad interiora cócurrent, quo nil infelicius. Consueuimus verò post exactam, & perfectam purgationem somnum concedere: sicut Galenus post longam sanguinis detractionem, ad humectandum corpus à medicaméto exsiccatum, vel ad reparandos spiritus deperditos somnum concedit.

CAP. XIV.

De Vigilia.

DE Vigilia loquimur, quæ mere res non naturalis est, non de illa quę morborum, & causarum pręter naturam est soboles. Nam hæc potius petit vacuationem, non ut vigilia, sed vt oritur à causa humorali caput distemperante. de qua infra agendum est. Tamen vigilia quæ alias causas sequi potest, sine dubio vacuationem impedit, aut retardat, aut maximè moderatur. Nam si aliquis, aut propter nocturna studia, aut aliam quápiam solicitudinem insomnis est, aut ob aliud impedimentum, ista vigilia

1 (margin, beside "ter naturam est soboles")

2 (margin, beside "moderatur")

à causa

à causa procatarctica nõ tolerabit va-
cuationem: vt meritò dixerit Galenus 3
lib. 1. ad Glauc. cap. 14. Vigiliam pos-
se impedire vacuationem, ſicut aer.
Quod Galenus ſignificare voluit, quã-
do eodem lib. cap. de febribus cum
accidentibus, dixit. *Ita etiam ſi ve-
hementiſſimæ vigiliæ, aut dolor inten-
ſus ægrum vexauerint, cauendæ ſunt
ſubitæ, & multæ vacuationes*, &c.
Quod de purgatione etiam ſit intelli-
gendum, apertum exiſtimo.

Sed intelligenda ſententia Galeni, 4
quando eò vigilia deuenerit, vt vires
fregerit: quo caſu prius oportet auxi-
lijs, quę ſomnum inducant, & vires
reficiant, ęgrum leuare, & poſtea va-
cuare.

Tamen ſi malum ita vrgens eſt, vt 5
celerrimum expoſcat auxilium, pru-
dentia medici maxime neceſſaria eſt,
vt uacuationem menſuret, ſecundum
ſtatum virium, inſpiciens non ſolum
pręteritam vigiliam, ſed futuram, quę
timetur. Parce ergo vacuandum,
ſemper vires reficiendo ante vacua-
tionem.

CAP.

CAP. XV.

De vsu venereorum, quem inter res non naturales medici referunt.

VSum venereorum inter res non naturales medici recēsent: quia si (vt ipsi putant) aliquando iuuat, tamen ita solet vires deijcere, vt magna auxilia impediat. Et ob id Auicenna lib. 3. fen. 20. cap. 11. dicebat. *Coitus euacuat de substantia cibi postremi: quare debilitatem affert, cuius similē aliæ non afferunt euacuationes, & euacuat de substantia spiritus rem plurimā.* &c. Quare non mirum quod lib. de remouend. imped. cap. 3. prohibeat venam secare post coitum.

Sed pro Auicennæ explicatione animaduertendum est, perniciosam esse multorum audaciam, in extrahendo sanguine his, qui post coitum infirmantur. Apparent autem aliquando pulsus validi, enitente natura debilitatem profectam ex penuria spiritus reparare, magnis tractionibus aeris, & san-

sanguinis, vt spiritus generetur. Putat verò inexpertus esse fortes dilatationes, & oriri à robore virtutis: atq; cùm necessum sit aliquas esse debiles, & impares, confundit inæqualitates pulsus ex coitu, & inęqualitates ex vi morbi. Qua in re magnus latitat error, ita vt viderim plures infirmos post coitum morbo correptos, ad lethalem statum, & ad mortem deuenire ex sola sanguinis detractione. Est ergo maximè ponderandum, qualis, & quãta sit debilitas, & qualis ęgri temperies, & quem gradum vrgentiæ morbus obtineat. Sunt equidem aliqui, qui facile veneris euacuationem tolerant: sed precipuè tempore hyemis, quando corpora minus effluunt per cutem, qualia sunt calida, & humida: hęc quidem minus à coitu debilitantur, & magna debet esse imbecillitas, vt impediat magna auxilia, dicente Galeno lib. 6. de sanitate tuenda. *Nonnulli sunt, qui vsque ad senium citra noxam venere vtuntur: hos dixit calidæ, & humidæ naturæ. Quod si huic temperaturæ accedat cutis densitas, minus coitus noxam sentiunt.* Quod alijs verbis

bis dixerat 6. de morb. vulg. p.2. com. 26. inquiens. *Solos eos iuuare, qui fuliginosas, & fumosas ob naturalem intēperiem transpirationes habent*. Tamē notandum ex prędictis locis, & 8. Meth. quod ſicut coitus minus debilitat relata corpora, ita maximè calida, & ſicca. Quare dolendum eſt, & maximopere fugiendum, quam ſine discrimine tempore æſtatis in morbis acutis, complexione calida, & ſicca, poſt diffusam, & lasciuam vitam, sanguinem mittunt tyrones medici, dicentes. Morbus acutus eſt, vrgentia magna. Ergo oportet hęc omnia, & alia multa alta conſideratione exſpendere. Renuit calida & ſicca complexio vacuationem veneream, ab eaque impēſe debilitatur. Rursus ab ambiente, rursus à copia humoris bilioſi, non à sanguine (vt multi putant.) Igitur extractio sanguinis lethalis solet esse in prędictis causarum combinationibus: Quis dubitat? Imo non dubitat audax, & qui non audit. Vide quanta cautione, quàm paulatim, quàm rarò tatem vacuationem debes exercere.

Sit ergo cǫcluſio, qui coitum exercuerunt

cuerunt,biliosi, aut debiles, tempore æstiuo, aut inediam passi, prout plures,paucioresuè resolutionis causæ veneri accesserunt, plus aut minus vacuandi. Quinimo talis esse potest status causæ morbosæ, & morbi acuti, & virium, vt alterantibus, & clysteribus,magnam curationis partem perficiamus, natura interim se paululum reficiente, & leuante ad alias vacuationes perferendas.

Sed dices, Auicēnam post coitum sanguinis missionem præcepisse, lib. 3.fen.1. cap. de dolore capitis ex coitu. Sed lege attentè textum: nam dicit. *Si adsit multa vaporatio, & effumatio totius corporis ad cerebrum, contingit, vt motu coitus agitetur plenitudo, & caput recipiat quod molestet.* Igitur in isto casu magis est quod agitatum remansit, quam quod debilitatum apparet. Sed certè rem infinitæ varietatis non possumus ad normam determinatam redigere: plura sunt iudicio periti artificis relinquenda, qui vires contempletur, naturam causæ, & illius motum, futurum exitum, & alia innumera,quę inferius sunt explicanda

bis dixerat 6. de morb. vulg. p. 2. com. 26. inquiens. *Solos eos iuuare, qui fuliginosas, & fumosas ob naturalem intẽperiem transpirationes habent.* Tamẽ notandnm ex prędictis locis, & 8. Meth. quod sicut coitus minus debilitat relata corpora, ita maximè calida, & sicca. Quare dolendum est, & maximopere fugiendum, quam sine discrimine tempore æstatis in morbis acutis, complexione calida, & sicca, post diffusam, & lasciuam vitam, sanguinem mittunt tyrones medici, dicentes. Morbus acutus est, vrgentia magna. Ergo oportet hęc omnia, & alia multa alta consideratione exspendere. Renuit calida & sicca complexio vacuationem veneream, ab eaque impẽse debilitatur. Rursus ab ambiente, rursus à copia humoris biliosi, non à sanguine (vt multi putant.) Igitur extractio sanguinis lethalis solet esse in prędictis causarum combinationibus: Quis dubitat? Imo non dubitat audax, & qui non audit. Vide quanta cautione, quàm paulatim, quàm rarò tatem vacuationem debes exercere.

Sit ergo cõclusio, qui coitum exercuerunt

cuerunt, biliosi, aut debiles, tempore æstiuo, aut inediam passi, prout plures, paucioresuè resolutionis causæ veneri accesserunt, plus aut minus vacuandi. Quinimo talis esse potest status causæ morbosæ, & morbi acuti, & virium, vt alterantibus, & clysteribus, magnam curationis partem perficiamus, natura interim se paululum reficiente, & leuante ad alias vacuationes perferendas.

Sed dices, Auicēnam post coitum sanguinis missionem præcepisse, lib. 3. fen. 1. cap. de dolore capitis ex coitu. Sed lege attentè textum: nam dicit. *Si adsit multa vaporatio, & effumatio totius corporis ad cerebrum, contingit, vt motu coitus agitetur plenitudo, & caput recipiat quod molestet.* Igitur in isto casu magis est quod agitatum remansit, quam quod debilitatum apparet. Sed certè rem infinitæ varietatis non possumus ad normam determinatam redigere: plura sunt iudicio periti artificis relinquenda, qui vires contempletur, naturam causæ, & illius motum, futurum exitum, & alia innumera, quę inferius sunt explicanda

canda, cum de causis præter naturam agemus. Sed antiquitas audaces in euacuando coercet. Regulæ igitur seruandæ in hoc casu, declaratæ sunt.

CAP. XVI.

De cibo, & potu.

CIbus & potus ad repletionem reducuntur Dè cibo autem sub ratione cibi aliquid suprà insinuauimus, in ord ne ad vacuandum: Si autem corruptus cruditatis species constituat, infrà habebit locum, cùm de rebus agam præter naturam. De potu, illud solum adnotare decreui, quia impedire vacuationes, si frigidus sit: humores refrigerans ad motú reddit ineptos. Quamobrem vbi multus potus aquæ frigidæ, aut vini præcessit, Auicenna sanguinem non euacuat, quia aqua frigida sanguinem densat, vinum agitat humores omnes. Equidem inter causas infelicis exitus multorum morborum, enumerandus est tam largus frigidæ potus, & vsus niuis: nam cùm vrgeat necessitas va-

cuandi

cuandi, nec tẽpus ex!spectandi præstet inducias, vt humores ad sanguinis missionem, aut purgationem præparentur, necessarium est, vt condensatis manentibus humoribus in cauitatibus internis, educantur tenuiores, & fluxiles, cum incredibili agotantis damno.

Tamen licet Auice. dixerit frigidæ potum, & vini copiosi impedire vacuationes, non æquali modo intelligenda sententia: nam aqua frigida nil habet boni ad vacuationem, ob rationem dictam: vinum aliquo modo potiùs indicat, quàm impediat. Hæc generaliter dicta sunt, agendo de vita anteacta.

At in particulari sunt aliqui, qui aquam tribuunt frigidam ante vacuationem: meli us tamẽ facerent, si in biliosis, & cali do tempore (si necessaria est sangu inis detractio) vtantur pauca aqua, c ui aliquid de succo granatorum admisceatur: sic feliciter tolerat natura, & roboratur. At in cõtraria temperie, & tempore, biscoctũ vino imbutum, aut aliquid aliud roborans, & attenuans vtiliter exhibendum.

dum. Quod ad ſanguinis miſſionem habere locum poteſt, ad purgationem neutiquam, cùm melius ſit ad medicamenti purgantis ſumptionem ventriculum eſſe ieiunum.

Conueniens autem erit, vt ſi aliquis fuerit euacuandus per ſanguinis detractionem, & aqua frigida fuerit vſus, roboretur prius medicamentis ventriculo applicatis, quæ ſimul calefaciant, & roborent. Quod autem de potu aquæ frigidæ in hoc loco dixi, intelligendum paulo ante vacuationem. Tamen alia maior conſideratio exurgit, quando prima regio vſu niuis frigeſcit. De quo infrà, quando de prima regione diſſeram.

De rebus naturalibus, quæ valent impedire venæ ſectionem aut purgationem, dictũ abundè exiſtimo. Nunc ad rem difficillimam, arduam, & omnibus viribus contemplandam (fauẽte Deo) accedimus. De rebus, ſcilicet, præter naturam, quæ eaſdem vacuationes impedire poſſunt.

LIBER

LIBER TERTIVS.

De rebus præter naturam impedientibus magna auxilia.

CAP. I.

De causis, humoribus impedientibus vacuationem sanguinis.

Icebamus tria esse genera rerum præter naturam, vel differentias. Nam quidquid humanæ naturæ contrariatur, aut est causa morbi, aut morbus, aut accidens, quod consequitur. Atque cùm de vacuatione institutus sit sermo, apertum est nomine causæ, non intelligi causam aliquam externam, quæ vacuationi non subjicitur, neque incorpoream, qualis est affectio animi. Agendum ergo est de humoribus, ex quorum perfecta moderatione in actiuis, & passiuis sanitas dependet, & morbus multiplex, ab illorum ametria. 1

2 Cùm omnis vacuatio (de qua agimus) culpabilem humorem respiciat, clarum est, quòd qualis fuerit humor, & qualis locus in quo oberrat, talis erit vacuatio. Prius ergo de caussis humoralibus in ordine ad sanguinis detractionem: deinde de impedimentis ad purgationem: & vltimo de flatibus aliquid dicam, quatenus impedire valeant.

3 Proponamus leges, & statuta ex Gal. à quibus Auic. & omnis antiquitas numquam discessit. Ergo 4. de sanitate tuenda cap. 4. sic statuit. *Humores alij priusquam ad exactum sanguinem perueniant, veluti semicocti sunt: alij prorsus incocti, crudique, alij paulo absunt à sanguinis forma. Rursus alij sanguificationis velut vltima pars, qui vtique caloris excessu proueniunt: quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum à sanguine recesserunt. Vbi paululum, vel intra sanguinem restitum, vel vltra processum est, audacter mittendus sanguis est; ubi plus, consideratius agendum; ubi plurimum, in his nullus omnino mittendus est.* Hæc ille. Hoc statutum angustioribus verbis

bis confirmat. 6. Epid. p. 3. cap. 43. dicens. *Expedit aliquibus eorum qui ſanguinem expuunt, ſanguinem detrahi, quibus ſcilicet copioſus eſt, & non dum inſigniter ad alterius humoris naturam conuerſus, non detrahendus eſt autem ijs quibus iam mutatus eſt*, &c. Iſtam Galeni legem confirmat Auicēna capit. de phebotom. 2.4.1. illis verbis, a nobis propoſitis in principio huius operis. Iſtam tam antiquam, tam ſolidam, & ſalutarem doctrinam video hoc tempore obliteratā, & deſertam. Ego pro viribus conabor illam dilucidè explicare, & pro tam neceſſaria & publica cauſa elegi ſcholaſticum morem. Sic omnium animi, & ingenia quieſcunt, ſi rationes contrarias audiamus, & diſſoluamus.

CAP. II.

Eſt difficultas, an aliqui humores intra venas impedire, aut omninó prohibere poſſint ſanguinis detractionem.

PRimo probatur, quòd venæ ſectio conueniat quibuſcumque humoribus intra venas exiſtentibus: nam 1

aperto foramine exire debent necessario. Ergo quocumque modo humores peccent, deturbari possunt per sanguinis missionem.

2 Secundò, quia si ob aliquam rationem humores intra venas impediunt sanguinis missionem, ea est, quia distant à natura sanguinis, & ex consequenti cùm ista vacuatio sit vniuersalis, omnes euacuabit tàm malos, quàm bonos, meliusque erit medicamentum expurgans. Hæc videtur communior ratio pro ista sententia, tamen non conuincit: imò potius, quamuis distent humores, & alienati sint, exibũt per venæ sectionem, vt apparet ad sẽsum in vasis extrinsecis. Medicamentum autem licèt trahat prauos, hoc fit cum maxima commotione, quę commotio maximè fugienda est, præcipuè in febribus. Ergo sanguinis missio in quacumque cacochymia erit ex vsu, atque adeò nullus humor, aut crudus, aut putridus, dummodo sit intra venas, valet impedire venæ sectionem.

3 Tertiò efficaciter morbus magnus, & virtutis robur, sunt scopi sãguinis detractionis. Ergo his scopis apparen-

parentibus, non est cur possit impediri sanguinis euacuatio. Sed humores præter naturam, maximè distantes à natura sanguinis (v. g. biliosi, aut crudi, aut maligni, aut adusti, aut putrefacti) possunt causare morbum magnum intra venas existentes, præsente virium robore. Ergo exercenda est sanguinis missio, atq; ideò humores, propter distantiam à sanguine, non valent impedire talem vacuationem.

Confirmatur. nam in febribus ardentibus, ex præcepto Gal. sãguis mittitur, etiam ad animi deliquium. Sed exquisita febris ardens, à sola bile incensa, aut putrescente distante à sanguine progignitur. Ergo sine peccato sanguinis, debet vena secari, neque humores, aut supra, aut infrà sanguinem valent impedire talem vacuationem. Et ex consequenti sententię illę Galen. supra adductæ, & Auicen. non habent locum in acuto morbo ab humore separato, & segregato à sanguine.

Solet responderi ad istas rationes, quòd quando sinceri humores seorsũ à sanguine putrescunt, aut præter na-

turam inflammantur , aut maligna qualitate afficiuntur, non possunt cõſtare vires: quia natura in tam aliena humorum conditione, non potuit rectè nutriri, & ex consequenti debilis erit, neque tolerare poterit sanguinis euacuationem.

5 Sed efficaciter contra iſtam responſionem insurgit ratio. Concedunt omñes, morbum magnum posse oriri ab humoribus diſtantibus à sãguine, ſiue à solitaria cacochymia, nullo modo peccante sanguine: tunc ſic. Sed in tali ſtatu possunt vires conſtare. Ergo mittendus sanguis eſt; quod ex preſsè contra textus supra poſitos. Oſtenditur: quia Galen. 1. aphor. text. 17. docet, posse coniungi virium robur cum humorũ corruptione, vt in principio diximus huius tractatus. Loquitur apertè Galen. meo iudicio de humoribus intra venas (vt tacitę obiectioni respondeam) non de cibis corruptis in ventriculo: nam deliramentum videretur, onerato uentriculo prauis ſuccis hominem saginare multis, & frequẽtibus alimentis. Sed iſta dubitatiuncula non eſt ad rem. Probatum enim

exiſti-

existimo autoritate Galen. coniungi viriũ robur cum magna cacochymia. Ergo si adsit magnus morbus, conueniet sanguinis detractio; adsunt siquidem scopi.

Quia in omnibus febribus putridis iuuat Galen. mitti sanguinem, ut leuata natura reliqum superet. Per putredinem autem fiunt humores distantes à sanguine. Ergo isti non impediunt, sed poscunt talem uacuationem. 6

Quia nullo modo melius tollitur obstructio in putridis, quàm sanguinis missione: est autem obstructio comes putridarum. 7

Quia detractio sanguinis in eadem proportione relinquit humores, quia ęqualiter uacuat, Ergo non est periculum, ut extrahatur sanguis bonus, & remaneat malus humor, quę uidetur ratio Fernelij. 8

Quia ventilatio impedit putredinẽ. Sed per sãguinis missionem fit magna. 9

Quia reuulsio à foco putredinis magnum auxilium semper fuit in febribus putridis: hęc autem reuulsio rectè fit sanguinis missione. 10

Aliæ plures Gale. sententiæ in Me-

thodo, & alibi possent adduci pro ista parte: sed vtilitati, & breuitati incumbo. In tam graui negotio non decreui conclusiones statuere, nisi prius notabilia quædam, & fundamenta proponam ex antiqua Philosophia Hippoc. & Galen.

CAP. III.

Notabilia pro conclusione stabilienda

PRimò notandum, massam sanguineam esse quoddam quasi mixtũ ex quatuor humoribus compositum, & contemperatum, à sanguine præcipua eius parte denominatum: in cuius contemperatione, & partium vnione, posuit Hippoc. lib. de Natura humana, sanitatis causam, & in illius intemperamento, & segregatione, causam morbi, & doloris.

Non tamen ex ista sententia potest probari humores esse tantum virtualiter in massa sanguinea, vt opinatur Fernelius. Nos eam exquisitã mixtionem, quæ ducit ad formarum corruptionem, negamus: sed volumus misceri,

ſceri, & contemperari, & in ordine ad ſanitatem conuenire humores, quãquam formas proprias ſubſtantiales contineant: ſic enim docuimus in tractatu de Humoribus. Tamen quam ſententiam ſequi ſtudueris, non eſt ad rem, de qua agimus: nam quomodocumque, certum eſt, quòd calore prę-ter naturam agente, aut alia qualitate contraria, poteſt amittere maſſa ſanguinea illam conditionem debitam, & mixtionem (quæ cũ illa ſit) qua inter ſe unitur, & qua ſubdita eſt mẽbris ſolidis, & virtutibus noſtrum corpus gubernantibus.

Inſeruit tamen multum ad declarãdam doctrinam iſtius notabilis ſtatus elementorum in mixto. Nam ſicut per putredinem mixtum, diſſoluitur in ea, ex quibus componitur: ita ſimiliter maſſa ſanguinea cùm alteratur, & corrumpitur, diſſipatur, & apparent humores effrænati, & cum ſinceris formis, vt fęx vini, & ſpuma, & id quod viridę in vino nominatur. Bilis contemperata ſanguine, & pituita, non ita pallida, amara, nec calida exiſtit; ſeparata tamen à prędicto

permisceatur, iste talis dicitur supernatare, Verba Galen. lib. de nat. human. Hippoc. text. 23. *Pro abundante intellige nunc dictum supernatans, aut si mauis id, quod non est cum cæteris omnibus commixtum, supernatans puta appellatum*. Non barbarum est vocabulum, quo etiam Plinius vtitur, lib. 24. Aqua supernatans spongijs tollitur.: pudet de nomine agere. Humores debent mergi ad inuicem in massa sanguinea, ille qui non mergitur, eleganter dicitur supernatans.

Igitur terminus ad quem istius separationis talis esse debet, vt impediat 5
prorsus vacuationem sanguinis: nam humores peccantes, & morbum facientes ita separantur ab optimo sanguine, vt iam non sint capaces mixtionis: sed segregati à natura, aut tendunt ad cauitates vitales, vt in morbis lethalibus, aut ad ventriculum, aut ad caput. &c. Quod communiter video in tenuibus humoribus, & biliosis. Alij verò ita crassi sunt, aut densi, aut glutinosi, vt tanquam feces, & recremẽta grauia adhæreant parietibus vasorũ, ibique infinita mala efficiant, & com-

municent cordi; contingitque in talibus, vt ſãguis extractus nil mali habeat, sed ſit quaſi victimæ, vt aiunt. Aperitur vena (proh dolor) humores peccantes, non poſſunt exire, quia alij adhærent, aut grauitant, aut præ denſitate torpeſcunt; ſãguis verò pulcher, & viuidus, qui diligenter cuſtoditur à natura pro cordis ſuſtentaculo, exit neceſſario, & neceſſario labefactatur æger. Qui funeſtus caſus quotidie accidit (vt ſupra tetigi) in his, qui liberaliter, & ventri, & veneri indulgent. Ventri quidem, quia longis potionibus, & frigidis, & conuiuijs inſeruiunt, veneris nullum modum obſeruantes, ſed pro ratione voluntatem, aut voluptatem ſequentes. Et præterea in illis contingit, qui licèt temperati ſint, & à libidine abſtracti, prauo victu vſi ſunt, aut intempeſtiuis corporis, vel animi motibus agitati.

Eſt tamen pulchra animaduerſio, quod iſta ſegregatio humorum à duabus cauſis poteſt oriri, quarum vnaquæque varios ſortiri poteſt modos, aut differentias (vtcumque volueris nominare, dummodo res intelligatur)

Pri-

Primò poſſunt ſeparari ex vi putredinis, vt dixi, & ex omnibus illius cauſis, quæ plures ſunt, & ex omnibus cauſis malignæ qualitatis, aut corruptelæ. Nam maſſa ſanguinaria omnibus modis corruptionis ſubiecta eſt, putredini, vſtioni, congelationi, rarefactioni, veneno, malignitati, & cuilibet alij contrario, quod primis, aut ſecundis aduerſatur qualitatibus, & earum modis. Secundò, tales humores poſſunt ſeparari, & ſupernatare ex ipſo principio ſuæ generationis: quia iecur autor quatuor humorum, talibus intemperamentis affici poteſt, vt generet humores ſeparabiles, & alienos à conſortio ſanguinis, difficulter miſcibiles, imò nunquam miſcibiles, vt in hydropico, aut alijs affectibus hepatis. Tales humores non ſupernatant, neque adhærent, aut grauitant: quia per nouam putredinem ſeparati fuere. Sed quia in exordio ſuæ generationis ab hepate mutuati talem inconuenientiam: atque cùm humores præter naturam poſſint etiã extra iecur generari (vt alibi docuimus) ſupernatantia ab illis certe par-

tibus

tibus exordium ſumet, quia multæ ſpecies pituitæ nonnaturalis à ventriculo diſtēperato proficiſcuntur, quin & aliquæ ſpecies bilis. Vide iam quàm plura ſint, & varia principia ſupernatantiæ.

Rurſus hæc ſeparatio differentias poteſt habere, ſecundum differentias, & ſpecies humorum peccantium, & penes maiorem, aut minorem irritationem naturæ. Pro cuius maiori claritate perpendere oportet, ſupernatantiam non eſſe turgentiam, aut turgentiæ ſpeciem, vt aliqui docti inſinuant. Diſtant certè. Explico: exiſtimo, quod tota maſſa ſanguinaria (ob multitudinem ad vires, antequam ſint ſigna ſupernatantiæ) poteſt turgere, aut eſſe cauſa turgentiæ naturæ, vt ſuo loco dicendum eſt. Ergo aliquando poteſt dari aliqua turgentia ſine ſupernatantia. Si vires totam maſſam commouent huc, illucque, antequam ſuſcitetur putredo, quę humores ſeparet, nonne talis dicetur turgentia ſanguinis? Quis dubitat? Rurſus ſupernatantia datur ſæpius ſine turgentia, vt in febribus merè pu-
tridis,

tridis, & longis, & alijs morbis pendentibus ab humoribus ſinceris non turgentibus? Ergo ſupernatantia, & turgentia res ſunt diſtinctæ: ſiquidem vna ſine alia eſſe poteſt.

Sed aduertendum, quòd omnis turgentia bilis, aut pituitæ, aut melancholiæ ſeparatim, aut ſimul, incipit à ſupernatantia (non loquimur nunc de ſanguine, vt nuper dicebam) Itaque in hoc caſu omnis turgentia fundatur in humoribus ſeparatis iam, & ſolutis à conſortio ſanguinis: & talis turgentia habet coniunctam ſupernatantiam (quam vocamus) ſed non è conuerſo: ratio eſt aperta, nam nunquam turgēt prædicti humores, niſi quia ſupernatantes, & ſeparati à ſanguinis debito conſortio, & vim inferunt virtuti expultrici membrorum, quæ virtus in varias illos mouet, & agitat partes, vt ab illis liberetur. Ergo ſupernatantia ſemper præcedit talem turgentiam, & illam concomitatur. Vnde aſſerendum eſt, iſtam ſeparationem eſſe viam, & tendentiam in turgentiam. Vide quanta ſolicitudine iſta principia debeas ponderare.

Mul-

Sæpius contingit in morbo febrili, aut sine febre, mortem repente euenire, neque medicus præsensit, neque assistentes quid hoc sit. Quia humores isti separati iterum, atq; iterum misso sanguine non exibant, sed manebant magis indomiti, & supernatantia mutata fuit in turgentiam: aut vt melius loquar supernatantiæ superuenit turgentia vnico aut altero motu ad cor, aut aliam partem principem directo; quia vires debiles erant. O miserandum accidens; quia fuerunt occulta primordia turgentiæ, quæ latitabant tanquam in seminario, in illa quieta, & fallaci supernatantia: ideo nunc experiris funeralia lethalis turgentiæ, quæ aut metastasi, vel vt dixi, vnico, solo, & funesto motu elucescit.

Sæpius vidi (neglecta purgatione talium humorum in febribus continuis) miserandos euentus. Omnes indicationes volunt aliqui adimplere per sanguinis detractionem.

Itaque incipiunt humores turgere à supernatantia, tanquam à termino à quo: nam per illam redduntur acriores,

res, mordaciores, molestissimi, ita vt nulla pars viuens, aut sentiens illos tolerare possit: & hinc incipit actus secundus turgentiæ.

His suppositis, elicimus conclusionem. Supernatantia præcipuè, vt talis est, impedit sanguinis missionem. Hæc ostenditur autoritatibus Gale. & Auicen. supra citatis, quas vt leges habemus, fundatas in doctrina Hippocrat. & ratione probatur: nam ista separatio humorum solitariè, & præcisè sumpta, nil aliud dicit, quam præsentiam humorum separatorum à sanguine, propter prauam aliquam qualitatem putredinalem, aut alterius naturæ, repugnantem consortio sanguinis, aut ita exorbitante quantitate, vt nullam habeat proportionem, vt possit misceri, subigi, & coqui. Sed tales humores per se indicant attemperationem, & correctionem, aut purgationem electiuam. Ergo sicut petũt vacuari hac specie vacuationis, ita renuunt, & impediunt sanguinis detractionem.

Sed dices, non esse efficacem rationem: Petunt purgationem. Ergo impedi-

pediunt ſanguinis miſsionem. Aduerte obſecro vim rationis; nam dico, quòd iſti humores ita indicant talem auxilij ſpeciē, vt nequeant auferri per ſanguinis miſsionem. Patet, quia illa ſeparatio fit prædictis ſupra modis, ex vi cauſæ præter naturam putrefacientis, aut alio modo corrumpentis, & ſeparantis iſtos humores à conſortio, & miſcella ſanguinis. Addo nunc, & ex vi facultatis ſegregantis bonum à malo, quæ duplex eſt, expultrix mali, & attractrix boni. Itaque vt incipiunt humores ſeparari, etiam incipit natura, quod nocuū eſt auertere, & quod optimum, in mixtione debita retinere: ſimulque regiones reſpiciens, ad quas humor melius inclinat: & ſic videbis tenues ad caput aliquando tendere, aliquando ad ventriculum per vomitum: craſsi, aut adhærent vaſis, aut inferiora petunt. Vnde ſoleo dicere, quòd ſupernatantia eſt principium, ſiue terminus à quo turgentiæ, & vrgentiæ, vt per ſe patet: nam omnia iſta ſequuntur ad tales, vel tales qualitates humoris, hoc aut illo modo infeſtantis. Ergo cum vergentia, turgētia,

tia, & vrgentia ab humoribus acribus, & prauis purgationem expostulent, repugnant necessario sanguinis missioni: quia natura talium humorum, & natura viuens, simul sequuntur regiones, ad quas inclinant, certè satis diuersas à scissura venę:& in hoc sensu tales humores impediunt sanguinis detractionem, quia neque possunt, neque debent exire per venam scissã. Ergo extracto humore non peccante, nulla erit conferentia, neque tolerantia, nullaque vitæ spes: nam extrahitur sanguis, qui non peccat, & remanet causa morbosa integra,& cum debiliori virtute. Ergo rectè dictum est, quòd supernatantia propriè dicta impedit apertionem venæ.

Hanc existimo fundamentalem rationem illius sententiæ Galen. supr. recit. 4. de sanit. tuend. cap. 4. & 6. epid. p.3. com. 43.

Vndè si contrariorum contraria est ratio, cùm humores separati minentur magnos, & perniciosos motus, ita quando cum sanguine mixti quiescũt, & mitescunt: vt colligi potest ex ipsa ratione contrariorum, & Galen. insinuat.

ſinuat.4.de sanit.tuend.cap.2.

Tamen quia ea, quæ dicta sunt, videntur aliquantulum vniuersalia, & medicus particularia petit, audias pauca verba circa ſingularia.

CAP. IV.

De vnaquaque cacochymia per ſe.

CVm tãta diuerſitas ſit inter separatos biliosos, pituitosos, melancholicos, & seroſos, humores &c. dubitas merito quem modũ in his seruare debeas. Rectè interrogas, præcipuè cùm ſint aliqui textus Gal. & aliorum, quinon mediocrem habẽt difficultatem.

DE BILIOSA SVPERNATANTIA.

Trallianus explicatus.

PRius de iſta dicendum, quia humores bilioſi multo citius, & frequentius ſeparati ſunt ob suam caliditatem, & acrimoniam ſimul cum leuitate, quod etiam seroſis contingit, poſtea pituitoſis, tardius melancholicis.

cis. Dubitas ergo, quia in biliosa ſupernatantia æquè extrahitur sanguis, ſicut in plenitudine sanguinea. Nam Trallianus, autor grauis dicebat lib. 12. cap. 2. Itaq; febres ex putredine, & sanguinis redundantia ortæ venæ sectione curari debent: non tamen minus etiam his, qui à bile infeſtantur ſanguinem detrahes, ſiquidem turgens ad purgationem idoneus, craſſior, & copia tibi peccare videatur. Locus difficilis Tralliani. nam videtur æquales facere indicationes ad mittendum sanguinem in biliosa, ac in mere sanguinea redundantia; quod non solum cōtra ea quæ diximus, sed adverſus fundamenta Galeni quæ in principio iacta sunt.

Reſpondeo Trallianum non velle indicationes eſſe æquales omninò, quoad quantitatem ſanguinis extrahendam, ſed quoad genus auxilij. Explico. Detrahendus eſt in ſanguinea, detrahendus etiam, quamuis ſimul redundet bilis cum ſanguine: ſed in hac non ita copiosè, ac ſi non redundauerit, quia illud præceptum eſt ſemper perpetuum, non tantam eſſe quātita-

tita-

ritatem ſanguinis extrahendam, quãdo alij humores à maſſa deflectunt, aut ipſa maſſa infecta apparet alijs humoribus. Exempli gratia, in tertiana exquiſita, quamuis adſit redundantia ſanguinis, mittendus certe, non tamen ita largiter, ac ſi non fuiſſet morbus bilioſus. Quando ergo dixit Trallianus. In bilioſis non minus mittendus eſt, loquitur de genere auxilij (more Hiſpanico) non de quantitate. Equidem ſequentia verba Tralliani noſtrã explicationem inſinuant. Subdit enim. *Nam perſpiratu diſcutere materiam ita latitantem, & putreſcentem. Concludit, quippè minor efficitur*, &c. Hæc certe cauſalis plane demonſtrat mentem autoris, ſcilicet, mittendum ſanguinem, non tamen multum, ſicut quando ſola ſanguinea viget plenitudo. Et licèt priora verba illius videantur obſcura; tamen nil aliud indicant, niſi quod, quando complicatur abundantia ſanguinis cum aliqua ſpecie cacochymiæ intra venas, quæ purgationem poſtulet, potius incipiendum à ſanguinis detractione. Trallianus enim, quando

do sola bilis sine abundantia sanguinis infestat, purgationem faciendam docet lib. 12. cap. 3. Maneat ergo verum, supernatantiam biliosam, quantū est ex se, impedire: sanguineam licèt nō impediat, moderatur tamen, temperat, & minuit quantitatem. Doctrina certè Hippoc. 6. epid. in illo celebri textu. Impedimentum in his, qui sanguinolenta exspuunt, anni tempus, pleuritis, bilis. Quasi dicat. Quod & si adsit morbus venæ sectionem exposcens, bilis multa, & præcipuè supernatans impedit integram fieri, tēperat, & minuit quantitatē. Ob quod dicebat Auicen. Caue ne ægrū ducas ad vnum extremorum, vel ad crudorum frigiditatem, aut biliosorum efferuescentiam. Quæ duæ sententiæ Hippocrat. & Auicen. conueniunt verbis Gale. supra citatis. Conuenit his, qui sanguinem expuunt, &c. Quātum verò delirent, qui ob solam refrigerationem sanguinem extrahunt in biliosis, explicabo inferius in responsionibus ad argumenta.

CAP.

CAP. V.

De serosa supernatantia, & pituitosa: ubi de hydrope.

HÆc species cacochymiæ notissima est in ascite, in quo morbo magna copia serosæ, & aqueæ humiditatis exundat, & pauca quantitas sanguinis. Quis autem non videat, morbum esse magnum, & omnibus modis esse perniciosum, & lethalem sanguinem extrahere, etiam in paucissima quantitate. Habituali intemperie hepar afficitur, vires debiles sunt. Quod etiam in leucophlegmatia animaduertendum, in qua magnus etiam recessus à naturali statu, & paucissima sanguinis quantitas conspicitur. Et ob id dixit Galen. lib. aduersus Iulianum. Hydropicum iugulat, qui sanguinem mittit.

Licèt obiter notandum, aliquando posse mitti sanguinem in leucophlegmatia, siue anasarca; non tamen in ascite, aut tympanite. Aliqui medici non dubitant de ista vacuatione, in

dicto

dicto casu anasarcæ, si ad aliquam suppressionē sanguinis superueniat, aut menstrualis, aut hæmorrhoidalis, aut è naribus, &c. Sed obsecro mirabilem Galenum audiant, numquam deserentem, quas proposuimus supra indicationes. Quarto igitur de ratione victus Hippocrat. textu centesimo, & vndecimo, iam propè finem libri, loquens de anasarca, sic ait: *Nempè hic solus cùm incipit, eget interdum sanguinis detractione, cum scilicet, ex retentione, vel hęmorrhoidis, uel muliebris, uel ex quapiam, quę ita plethorica sit causa inceperit: tympaniam verò, & ascitem nullus per sanguinis missionem sanare est ausus*, &c.

Certè tātillum immorabor his Galen. verbis explicandis pro optima praxi.

Imprimis iam vides, quàm consonè loquatur suis principijs. Semper proposuerat indicationem ad sanguinem mittendum, desumi, non à morbo, sed ab specie causæ, quæ cùm sanguis est, audacter mittendus, si verò a natura sanguinis deflectit, & in

alienam separatam, & supernatantem naturam fuerit permutata, ad pēsum, & gradum permutationis, & alienationis, permutatur indicatio, & incipit apparere necessitas expurgationis, & obscurari indicatio sanguinis missionis: tantumque increscere potest prædicta separatio, & alienatio à natura sanguinis, vt vnam guttam extrahere (si possumus sic ponderare rem hanc) sit ægrum iugulare. Textus præsens id testatur. In tympanite, & ascite, quia materia peccans, & causans morbum magnum, ita exorbitat, & aliena est à natura sanguinis, neutiquam iste mittendus est, nisi consulto volueris hominem iugulare. At in anasarca, vel leucophlegmatia diuersa res est, ob duplicem rationem. Primò, quia humor peccans distat à sanguine, sed non ita sicut flatus, & aqua. Secundo, quia si mitti debet, id fit quando talis morbus accidit ob suppressionem alicuius euacuationis sanguinis, & non aliter. Tunc recta curatio ducit ad causam, & causæ principium, & quærit regionem illam, per quam talis sanguis solebat euacuari,
qui

qui detentus, obſtruens, & calorem suffocans, morbum frigidum tandem efficit.

Sed quando dices, talis vacuatio exercenda eſt? Audi obsecro. Galen. clarè prædicat, tentandam vacuationem cùm incipit morbus, non poſtquam iam inueteratus eſt, neque in ſtatu, neque in augmento, sed quando incipit. Quid eſt, quando incipit? Quod tempus eſt, quando incipit? Respondeo. Aut in ipso primo insultu, recenti suppressione illa euacuationis, aut quatuor, vel octo primis diebus, vel tẽpore ſtatuto cruditatis. Quid hoc? An in hoc morbo hoc eſt peculiare, vt ſi omittatur in principio sanguinis detractio, postea non posſit effici? Vide obsecro quàm religiose Galen. suam doctrinam, & leges artis insequatur. In principio huius morbi moderatè poteſt mitti sanguis, & non largiter: quia probabile est tũc temporis non esse omninò permutatam maſſam sanguinis ad alienam naturam; postea verò iam alius rerum status, iam alia humoris diſpoſitio, alius modus virium, propria, & ſimpli-

alienam separatam, & supernatantem naturam fuerit permutata, ad pesum, & gradum permutationis, & alienationis, permutatur indicatio, & incipit apparere necessitas expurgationis, & obscurari indicatio sanguinis missionis: tantumque increscere potest prædicta separatio, & alienatio à natura sanguinis, vt vnam guttam extrahere (si possumus sic ponderare rem hanc) sit ægrum iugulare. Textus præsens id testatur. In tympanite, & ascite, quia materia peccans, & causans morbum magnum, ita exorbitat, & aliena est à natura sanguinis, neutiquam iste mittendus est, nisi consulto volueris hominem iugulare. At in anasarca, vel leucophlegmatia diuersa res est, ob duplicem rationem. Primò, quia humor peccans distat à sanguine, sed non ita sicut flatus, & aqua. Secundo, quia si mitti debet, id fit quando talis morbus accidit ob suppressionem alicuius euacuationis sanguinis, & non aliter. Tunc recta curatio ducit ad causam, & causæ principium, & quærit regionem illam, per quam talis sanguis solebat euacuari,
qui

qui detentus, obſtruens, & calorem suffocans, morbum frigidum tandem efficit.

Sed quando dices, talis vacuatio exercenda eſt? Audi obsecro. Galen. clarè prædicat, tentandam vacuationem cùm incipit morbus, non poſtquam iam inueteratus eſt, neque in ſtatu, neque in augmento, sed quando incipit. Quid eſt, quando incipit? Quod tempus eſt, quando incipit? Respondeo. Aut in ipso primo insultu, recenti suppressione illa euacuationis, aut quatuor, vel octo primis diebus, vel tẽpore ſtatuto cruditatis. Quid hoc? An in hoc morbo hoc eſt peculiare, vt ſi omittatur in principio sanguinis detractio, postea non posſit effici? Vide obsecro quàm religiose Galen. suam doctrinam, & leges artis insequatur. In principio huius morbi moderatè poteſt mitti sanguis, & non largiter: quia probabile est tũc temporis non esse omninò permutatam maſſam sanguinis ad alienam naturam; postea verò iam alius rerum status, iam alia humoris diſpoſitio, alius modus virium, propria, & ſim-

alienam separatam, & supernatantem naturam fuerit permutata, ad pesum, & gradum permutationis, & alienationis, permutatur indicatio, & incipit apparere necessitas expurgationis, & obscurari indicatio sanguinis missionis: tantumque increscere potest prædicta separatio, & alienatio à natura sanguinis, vt vnam guttam extrahere (si possumus sic ponderare rem hanc) sit ægrum iugulare. Textus præsens id testatur. In tympanite, & ascite, quia materia peccans, & causans morbum magnum, ita exorbitat, & aliena est à natura sanguinis, neutiquam iste mittendus est, nisi consulto volueris hominem iugulare. At in anasarca, vel leucophlegmatia diuersa res est, ob duplicem rationem. Primò, quia humor peccans distat à sanguine, sed non ita sicut flatus, & aqua. Secundo, quia si mitti debet, id fit quando talis morbus accidit ob suppressionem alicuius euacuationis sanguinis, & non aliter. Tunc recta curatio ducit ad causam, & causæ principium, & quærit regionem illam, per quam talis sanguis solebat euacuari,
qui

qui detentus, obſtruens, & calorem suffocans, morbum frigidum tandem efficit.

Sed quando dices, talis vacuatio exercenda eſt? Audi obsecro. Galen. clarè prædicat, tentandam vacuationem cùm incipit morbus, non poſtquam iam inueteratus eſt, neque in ſtatu, neque in augmento, sed quando incipit. Quid eſt, quando incipit? Quod tempus eſt, quando incipit? Respondeo. Aut in ipso primo insultu, recenti suppressione illa euacuationis, aut quatuor, vel octo primis diebus, vel tēpore ſtatuto cruditatis. Quid hoc? An in hoc morbo hoc eſt peculiare, vt ſi omittatur in principio sanguinis detractio, postea non posſit effici? Vide obsecro quàm religiose Galen. suam doctrinam, & leges artis insequatur. In principio huius morbi moderatè poteſt mitti sanguis, & non largiter: quia probabile est tūc temporis non esse omninò permutatam maſſam sanguinis ad alienam naturam; postea verò iam alius rerum status, iam alia humoris diſpoſitio, alius modus virium, propria, & ſimpli-

CAP. V.

De serosa supernatantia, & pituitosa: ubi de hydrope.

HÆc species cacochymiæ notissima est in ascite, in quo morbo magna copia serosæ, & aqueæ humiditatis exundat, & pauca quantitas sanguinis. Quis autem non videat, morbum esse magnum, & omnibus modis esse perniciosum, & lethalem sanguinem extrahere, etiam in paucissima quantitate. Habituali intemperie hepar afficitur, vires debiles sunt. Quod etiam in leucophlegmatia animaduertendum, in qua magnus etiam recessus à naturali statu, & paucissima sanguinis quantitas conspicitur. Et ob id dixit Galen. lib. aduersus Iulianum. Hydropicum iugulat, qui sanguinem mittit.

Licèt obiter notandum, aliquando posse mitti sanguinem in leucophlegmatia, siue anasarca; non tamen in ascite, aut tympanite. Aliqui medici non dubitant de ista vacuatione, in dicto

dicto casu anasarcæ, si ad aliquam suppressionē sanguinis superueniat, aut menstrualis, aut hæmorrhoidalis, aut è naribus, &c. Sed obsecro mirabilem Galenum audiant, numquam deserentem, quas proposuimus supra indicationes. Quarto igitur de ratione victus Hippocrat. textu centesimo, & vndecimo, iam propè finem libri, loquens de anasarca, sic ait: *Nempè hic solus cùm incipit, eget interdum sanguinis detractione, cum scilicet, ex retentione, vel hemorrhoidis, uel muliebris, uel ex quapiam, quę ita plethorica sit causa inceperit: tympaniam uerò, & ascitem nullus per sanguinis missionem sanare est ausus*, &c.

Certè tātillum immorabor his Galen. verbis explicandis pro optima praxi.

Imprimis iam vides, quàm consonè loquatur suis principijs. Semper proposuerat indicationem ad sanguinem mittendum, desumi, non à morbo, sed ab specie causæ, quæ cùm sanguis est, audacter mittendus, si verò a natura sanguinis deflectit, & in

qui detentus, obstruens, & calorem suffocans, morbum frigidum tandem efficit.

Sed quando dices, talis vacuatio exercenda est? Audi obsecro. Galen. clarè prædicat, tentandam vacuationem cùm incipit morbus, non postquam iam inueteratus est, neque in statu, neque in augmento, sed quando incipit. Quid est, quando incipit? Quod tempus est, quando incipit? Respondeo. Aut in ipso primo insultu, recenti suppressione illa euacuationis, aut quatuor, vel octo primis diebus, vel tẽpore statuto cruditatis. Quid hoc? An in hoc morbo hoc est peculiare, vt si omittatur in principio sanguinis detractio, postea non possit effici? Vide obsecro quàm religiose Galen. suam doctrinam, & leges artis insequatur. In principio huius morbi moderatè potest mitti sanguis, & non largiter: quia probabile est tũc temporis non esse omninò permutatam massam sanguinis ad alienam naturam; postea verò iam alius rerum status, iam alia humoris dispositio, alius modus virium, propria, & sim-

 pli-

suo modo disponendi. Tamẽ an pręparandi ſint humores ſeroſi, & aquei inferius attingam.

CAP. VI.

Melancholica cacochymia an impediat ſanguinis miſſionem.

REſtat vt de cacochymia melancholica dicamus, quatenus impedire prorſus, aut modum imponere poteſt vacuationibus prædictis. Eſt autem diſtinguendum, ſicut in alijs diximus: nam licèt melancholia ſuperflua ſit mixta ſanguini (& ſolet melãcholicus ſanguis appellari) & hac ratione in aliquo affectu indicet vacuationem ſanguinis, tamen prudenter agendum: quia, vt diximus, iam incipit apparere purgationis indicatio, & ideò cautè, & moderatè ſanguis extrahendus. Vidimus plura, & maxima mala ex frequenti vacuatione in melancholicis, vndè Auicen. 4. 1. cap. 20. *Sanguis inquit melãcholicus facit, vt*

frequens imminutio sit necessaria, quę in præsenti quidem aleuiat, sed in senio peruenitur inde ad malas ægritudines, ex quibus est apoplexia. Quem textum fere eisdem verbis repetit part. 3. tractat. 4. cap. 12. Et si enim ratione crassitudiuis oporteat sanguinem mittere, quia nequit natura humorem ita crassum euincere: vt docuit Galen. lib. de sanguin. mis. cap. 10. tamen necessarium est calidum innatum refrigerari in absentia spiritus exhausti. In præsentia melancholici succi non potest esse copia spiritus ob contrarias, quibus pollet qualitates. Ergo remanere debet frigidior totus corporis habitus, & ad vlteriorem melancholiam paratus.

Vndè quando Gale. in redundantia sanguinis melancholici suadet sanguinis missionem: vt in curatione lapidis renum. 6. epid. & in curatione melancholiæ morbi. lib. de locis aff. interpretādus est de moderatissima vacuatione. Elegans locus id insinuat, lib. de sanguin. mis. cap. 10. dicens. *Cęterum in redundantia humoris melancholici, sanguinem mittere præstat,*

aut

aut, certe omninò medicamẽto vti, etiã bilem expurgante. Quid clariùs potuit dici? Existimauit iuxta artis leges, non posse melancholicum succũ, sine maximo damno per sanguinis vacuationem extirpari, & ideò proposuit expurgationem, tanquam adæquatum melancholicæ supernatantiæ auxilium. Hæc loca insignia Galeni oportet memoria tenere, vbi Galen. agit ex professo de vacuãdi ratione, & alios textus circa res particulares, qui si contraria docent, per prædictas leges, & statuta, corrigendi, & temperandi, quod in præsentia nobis contingit.

CAP. VII.

Locus Gal. ex 3. de locis affect. de curatione melancholiæ explicatus.

ADuersus dicta extat Galen. 3. de locis affert, agẽs de melãcholia morbo, vbi curationem misso sanguine copiosè exercet: ait, quòd si tenuis exierit, supprime statim; si verò crassus,

ſus, relinque, vt largiter exeat. Quæ ſentẽtia audaces facit medicos in hac re, & videtur Galen. ſui oblitus.

Reſpondendum, Gal. loqui iuxta præſentes occaſiones, & cauſas morborum: nam qui totum illud caput legerit, inueniet tentatiuam vacuationẽ facere, vt ſciret, an totum corpus refertum esset ſanguine melancholico, & conſequenter ad cerebrum mandaret ſimilẽ ſuccum. Eſt alia curationis norma: vbi enim cerebrum patitur per conſenſum, ſemper tranſmittentes partes euacuamus. Ergo ſanguinis miſſio, quæ non conuenit cerebro per essentiam affecto, conuenit certe laboranti per conſenſum à toto. Species autem cauſæ talis eſt, vt queat partim tali vacuatione deturbari, quia plethora eſt melancholica, aut ad vires ex mixtione multæ melancholiæ cum multo ſanguine. Itaq; in hoc caſu non propriè ſupernatat melancholia, quia licèt abundet, mixta tamen eſt à prima generatione: quod maximè notandum in hoc loco. Refert Galen. victum præcedentem fuiſse omninò melancholicum, & continuo talem ſan-

ſanguinem fuisse generatum, quem ſinit fluere (intellige pro virium, & multitudinis ratione) ſicq; cerebrum à tanto malo liberat. Tamen ſi ſola melancholia supernataret separata, ſanguine exiſtente in illa debita quantitate, & bonitate, quam exoptat natura, procul dubio non mitteret ſanguinem, sed balneo, & alimentis boni succi negotium perageret. Ipſe quidem gloriatur, ſe melancholiam morbum; hoc modo curaſſe, & ſuos amicos teſtes facit. Vbi notãdum, nullam vacuationem exercuiſſe per medicamenta purgantia, neque per ſanguinis miſſionem, sed certè loquebatur de melancholia incipiente à parua causa, quam mitioribus tentabat auxilijs deſtruere. Quantum verò præſtet balnei vſus in hoc morbo, & ad ipsum, & ad cauſam explicare, esset ab inſtituto recedere. At ſi de euacuandi ratione in affectibus melancholicis deſideras exactam, & antiquam doctrinam habere, lege librum eruditiſſimi Alphonſi de Sanctacruce, venerandi parentis noſtri, de melancholicis morbis, & illorum curatione: vide-

bis flueta clarissima ab antiquissimis fotibus decurretia, & ab vniuersitate illa Parisiesi toto orbe celebratissima, emanantia, quam pater meus, matrem, & magistram agnoscit: vt suis testatur scriptis.

Ergo hic finem impono, eadem conclusione proposita, ac in superioribus, separatam melancholiam esse purgatiunculis expellendam; mixtam verò cum sanguine, sanguinis detractione euacuandam, non largè, sed cautè, vt dicebat Auicen. & statim ad purgationem accedendu. Ergo locus Galen. nil contra ipsum Galen. innouat.

CAP. VIII.

Quod licèt vitium in ipso sanguine cognoscatur, antequam omninò separentur humores, non ob id sanguis copiosè vacuandus.

PLura diximus de supernatantia completa humorum: pauca de statu sanguinis, quando ex illius affectio-

ctionibus incipiunt seminaria, siue exordia cacochymiæ. Ergo in isto capite de sanguinis mutatione dissero, antequam terminus ad quem sẽsibilis demonstretur nouæ supernatantiæ.

Nil magis receptum, quam largiter vacuare, quando suspicio est putrefactionis, aut malitiæ sanguinis. Et licèt vt sæpius contingit, infelices sint exitus, medicus tamen gloriatur omnia possibilia auxilia fuisse proposita, quia nulla dies, neque hora sine linea, multis vacuationibus celebratis, quibus extrahebatur sanguis pessimus, malignus, venenosus: putantque laici illas vacuationes fuisse ex arte, & defecisse ægrum ex vi morbi, non ex alia causa. Videamus, an vitia particularia sanguinis, etiam incipientia, impediant omninò, aut mensuram imponant venarum vacuationi.

Sit prima propositio. Putrefactio sanguinis (commune vitium) non impedit sanguinis detractionem, sed poscit: non tamẽ ita largiter, ac cùm sine putrefactione in calescit. Hęc est euidens ex doctrina tradita: nam materia peccans est ságuis facilè per ve-

nas vacuandus, nullo modo subditus medicamento expurganti, neque alterantibus cohibendus. Nota, quòd dixerim, putrefactio sanguinis, non putredo: nam per putrefactionem, intelligimus ipsum fieri putredinis, per putredinem, ipsum terminum. Quando ergo putrescit sanguis, audacter vacuamus, antequam ex toto putrescat. Est tamen hæc notabilis differentia, quod in febre putrida ex sanguine putrescente, non mittimus sanguinem vsque ad animi deliquium; tali enim vacuatione vtimur in synocha magnæ plenitudinis, antequam tã nobilis humor putrescat: tunc adsunt indicantia exposcentia, & nulla impedientia. At verò quando putrescit, non est possibile vires ita constare in præsenti, & in posterum. Secundò, cacochymia est parata in exordio. Itaque largiter euacuamus, sed non ad animi defectum. Quod etiam Gale. fecit: siquidem illos duos ægrotos, synocha laborantes, alterum euacuauit vsque ad animi deliquium, quia sine putrefactione sanguis multus incalescebat: alium verò putrida affe-

ctum

ctum vacuauit quidem, sed non ad extremum. Hanc ergo mensuram imponit putrefactio in fieri.

At putredo in termino magis limitat quantitatem, & gaudet multiplicatione numeri, & repositione melioris succi. Alitur natura sanguine, sed non putrido. Ergo nō est possibile vires esse robustas ad largas vacuationes, quando alimenti adest penuria. Quæ doctrina intelligitur de putredine sanguinis, coniuncta cum putrescentia alterius. Hoc modo cohærentia docemus nostris conclusionibus, & Galeno, & arti. Ostendo, quia putredo, vt est in termino, nullum aliud habet auxilium pro vita patientis, quàm vt expurgetur: quia putredo ista omninò corruptum, & dissolutum relinquit sanguinem, & ex consequenti, supernatant partes separatę sub alia forma, & magis magisque separantur à virtute viuentis ad expulsionem per commodas regiones. Ergo vt sic, tāquam impedimētum existit sanguinis missionis: atque adeo, illud quod proprie est in fieri, postulat venæ sectionem, quando sā-

guis non amisit suam formam. Vnde notabilis error illorum animaduertitur, qui quanto deteriorem, & infectũ magis sanguinem vident in vasculis, tanto copiosiorem pręcipiunt euacuationem. Maneat ergo stabilitũ, quòd putredo sãguinis in termino ad quem, habet se vt noua complicata cacochymia, quæ hac ratione aliquo modo impediebat: sed quia iuncta est cum sanguine putrescẽte in fieri, ideo antecedit venæ sectio; sicut dicebamus de biliosa supernatantia iuncta cum plethora, aut cum plenitudine ad vires. Et ob id eleganter Gal. exhibet rationem, ob quam sanguinem mittit in istis febribus, dicens: vt leuata natura, concoquat concoquenda, & expellat expellẽda. Quid expellet? Certe putridum in termino: quia hoc genus humoris nullius beneficij est capax, quia accessit ad vltimam priuationem, à qua non est regressus, reliquum est vt foras mittatur. Quid concoquet? Sine dubio poterit suo viuifico calore ab anima gubernato, vnire quod separari incipiebat, sanguinemque suum rectificare, ne vlterius

rius putreſcat. Quod opus vitale (vt exiſtimo) in naturalibus edocuit mirus ille Gal. ponens exemplum in vino aceſcente. Quod iam acetum factum eſt, ad antiquũ ſtatum recurrere non valet, at quod acescit, medelã ſuſcipit, & ad integritatem reuocatur priſtinæ bonitatis. Sed dices. Si quod putrescit poteſt coqui, vt quid vacuatur? Dico, quòd non attendis dicta Gal. & cogis nos ad producendum ſermonem, quando aspiramus ad breuitatem. Euacuamus, quia tantam quantitatem putreſcentis sãguinis nõ poteſt natura vnire, & coquere, leuata poteſt. Et ita vacuatio hæc respicit id quod putreſcit, tanquam ſi fuiſſet iam putridum, quia ſi non exercetur, putreſcet, & reſpectu huius eſt præcautoria, & respectu multitudinis eſt vacuatoria.

C A P. IX.

De vitio ſanguinis peſtilenti, maligno, aut venenoſo, an impediat ſanguinis miſſionem, & quo modo?

ANtiqui ſub vitio sanguinis plura intellexerunt, quæ forſan non

non ita diſtinctè tradita in uenies, ſed obscura, & confusa. Noſtri laboris erit (Deo fauente) in tam graui negotio, obscura illuſtrare, confusa diſtinguere.

Multa sunt communia peſtilenti, malignæ, & venenosæ qualitati, quę sub vnica contemplatione comprehēdi poſſunt ad præsens inſtitutum, quatenus impedire valent vacuationes, aut temperare.

Separemus certa ab incertis. Tres qualitates nobis proponuntur, peſtilens, maligna, venenoſa, quibus ſolet eſſe communis altera, quæ dicitur contagiosa. Peſtilens aliquando ſtatim elucet, lethalisq; eſt, aliquando verò latitat in principio, maligna etiā in principio occultatur, & poſteà serpit, & insurgit; venenosa, prout natura eius fuerit, aliquando ſtatim, aliquādo ſicut maligna manifeſtatur in augmēto, aliquando in ſtatu, & ſæpius in declinatione falſa, & fraudulenta (loquimur nunc de ephemera peſtilenti) In omnibus his diſpoſitionibus, febre acuta comitante, ſi adſit ali-

qua

qua plenitudinis species, etiam mediocris, viribus sufficientibus, numquam dubium mihi fuit ad extrahendam moderatam sanguinis quantitatẽ, partitis vicibus, vt Galen. faciebat in vitio, & corruptela sanguinis, renutriendo, & reparando, & contemperando medio alimento corruptionem ipsam. Suppono qualitatem humori inhærere, vt in causa: neque ob hoc dico corrumpi primario humores, vt statim dicam.

Nunquam cogitaui de purgatione in principio minoratiua, aut alia, vt absurdè faciebant quidam medici, quos fuse cõfutaui in meo opusculo de peste Vallisoletana, nisi forsan prius uentris partes abstergere esset necessarium. Cùm enim natura desideret ad emunctoria in ipso principio inimicum depellere ab internis ad externa, quod nititur in omnibus humoribus uenenosis, taliter infectis, & sic carbunculos, parotides, puncticulas, & alia exanthemata solicitat, magnus error est in hoc casu medicamẽtum tribuere, quod à circumferentia ad centrum moueat, quando ad ambitum

bitum inclinatur, inclinatur statim à principio morbi. Ergo dubium est de uenæ sectione, in præsentia istarum qualitatum, dubium inquam apud aliquos. Sed illorum dubium, utinam remoraretur audaciã aliorum, qui in istis febribus ita sanguinem effundunt, sicut in putridis, & synochis.

Dico ergo quòd Iacobus Pons Lugdunensis, qui nuper de sanguinis missione scripsit, probare conatur, non esse mittendum sanguinem in istis tribus febribus, vsque dum compescatur qualitas illa venenosa, maligna, aut pestilens: quia per istam vacuationem accidit vt qualitas repat ad cor: nam sanguinis missio mouet venenum ad interiora, quod videmus in rabie: si enim hominem morsum à cane rabido euacuaremus vena secta, statim illud venenum tenderet ad interna. Idem in carbunculis, & lue venerea, in alijs malignis, & pestilentibus dispositionibus: quia inanitis partibus confluit ad interna replenda, ne detur vacuum, sanguis ille infectus, & cor apprehendit. Ergo non est mittendus.

Præ-

Præterea quia non valent vires. Vltimo adducit experimenta pestis in illa Prouincia, in qua moriebantur omnes, qui per venam sectam euacuabantur.

Parui momẽti sunt obiectiones istę, conclusio est firmiter tenenda. Quòd si istæ qualitates resident in massa sanguinea, vt frequenter contingit, non impediunt sanguinis effusionem, sed mensurant, quatenus latenter frangunt vires cordis: nam licet à principio morbi vti debet medicus antidotis, alexipharmacis, & selectis alimentis medicamentosis, tamen si relinquit ipsum humorem, in quo subiectatur maligna illa, aut venenosa, aut pestilens qualitas, nulli dubium, quin citius cordi communicetur, & intensius. Ostendo istam conclusionem ex vi principiorum artis, contra istũ opinantem: quia vrgens indicatio locum habet primum in arte, reliquo nõ neglecto. Sed reuulsio, & retractio humoris venenosi, aut maligni, vrget primo, ne decumbat in cordis substantiam, cum qua habet naturalem antipathiam. Ergo statim à reuulsio-

sione

ne est incipiendum. Sed hæc non per purgans medicamentum. Ergo per venæ sectionem.

Secundò, si vena secta cõfluunt humores ad interna per ramulos venarũ internarum, vt dicit ista opinio, certe non erit mittendus sanguis in pleuritide, aut alia interna inflammatione.

Præterea, supposito quòd ista qualitas in hæreat massæ, (nã potest alibi) debes vacuare massam sanguineam, quia hæc est breuior curatio, & securior. Sicut putrescẽtem vacuas, quare non venenatam, malignam, aut pestilentem? Non potest stare differentia nisi in modo, & occasione, & in mensura quantitatis.

Debeo igitur dissoluere propositas rationes. Dico ad primam, quòd secta vena, omnes humores venarum mouentur ad orificium, successione necessaria corporum fluentium, aliter non fieret, tollendaque esset omnis reuulsio. Si ergo sensus demonstrat, humores reuelli ab internis ad venas externas. Ergo fluunt humores ad locum venæ sectæ; & ita quantum ad hoc,

hoc, non eſt periculum cócurſus qualitatis uenenoſæ ad interna, quia iſtæ qualitates non habent motum proprium, ſed mouentur ad motum ſubiecti in quo ſunt, ſcilicet ſanguinis. Cùm ergo humor non fluat ad internas partes ſecta vena brachij, neque ipſa qualitas. Vbi notare velim (ne in noſtris dictis contradictio reperiatur) quod ſupra dixi, ſanguinem fundi in bilioſa ſupernatantia, quia (inter alias rationes) bilis ſubterfugit exitum, & exit ſanguis laudabilis, ipſa vero furit, & mouetur ad alias partes. Sed hoc ratione ſolius miſſionis ſanguinis non poteſt contingere in his qualitatibus, de quibus agimus, quia iſtæ per ſe loquendo non ſunt loco motiuæ, ſed ſuo modo corrumpentes, & deſtruentes mixtionem vitalem cordis, quaſi fuiſſent primæ qnalitates intenſæ. Ex quo ſequitur, quòd non poſſunt leuitare, aut grauitare, ideſt, non poſſunt mouere localiter humores verſus interna, ſicut leuitas facit in humore bilioſo, qui denudatus à craſsis, ſubterfugiens locum ſcalpelli, ſolet petere caput, aut præcordia, ſicut pituita, quę

hæret,

hæret, & melancholia quæ grauitat, vt supra declaraui. Restat ergo, vt malignæ qualitates moueantur localiter ad motum humoris, in quo sunt, versus venam ruptam, quando sãguis extrahitur.

Sed notandum, quòd istæ qualitates talis sunt conditionis, vt etiam possint operari per partium continuitaté vsque ad interna, & ita, quamuis non mouerentur huc illucque humores, contingit communicari cordis humoribus in eius ventriculis existentibus, & tandem substantiæ ipsius.

Quò magis conuincitur, vt quam citissime, si in humoribus est talis qualitas, extrahantur humores, ne communicet ut solidis partibus cordis.

In lue venerea, aut bubone Gallico, si adsit species causæ indicans, mittendus sanguis ex vena, quæ ducat humoré ad inguina, vbi est tumor, vt crescat, & suas terminationes quærat. Inscius verò apparente tumore, nil de illo curat, sed talum relinquens, aperit brachiales, & cogit naturam mutare regiones.

In morsu canis, non confluit virus

ad

ad interna, quia humores illuc tendunt: ipsa enim venenosa qualitas per continui alterationem ſerpit modo prædicto, ſiue tollas sanguinem, ſiue non tollas, tangit citius intima sanguine miſſo: quia pauciora corpora inuenit, quibus reſiſtat, & ita peruenit ad interna. Vnde error eſt in morsu canis sanguinem detrahere ex vena: ſed tota indicatio vertitur ad virulẽtam subſtantiam per partem sugendã, & trahendam: quia qualitas rabida à ſolidis incepit, & continuitate partium ad principes deuenit. Nos vero loquimur de qualitate maligna, quę primam antipathiam in humoribus demonſtrat, respiciens cor.

Debilitas virium talis poteſt eſſe, vt prorſus impediat miſſionem ſanguinis, & talis, vt parumper consentiat. De quo argumẽto plura diximus in ſuperioribus, agentes de debilitate.

Reſtat dicendum, quare multi moriebantur, ſi per venas euacuabantur, Audi quæso. Quæ hucusq; dixi de iſtis qualitatibus, intellige, reſidentibus in maſſa sanguinis, præcipue in quarto humore, sanguine, hic facillimè

limè ista mala suscipit, & prius quàm alij humores: nam & ob alias communes putredinis causas veneni induit naturam, vt semẽ, & lac. Didicisti hoc ex Gal. lib. de locis. Atque cùm hoc ita sit, non aberraret, qui talem sanguinem ita infectum prudenter euacuaret, semper vires inspiciens, & reparans, vsus Gal. consilio multis in locis. Hoc tamen non ita strictè intelligas, vt semper sanguinem fundere debeas per venas: cõtingit enim in his febribus aliquando vires statim flaccescere, & melius erit per cucurbitulas scarificatas sanguinem infectum ad cutem reuocare: quam regionem solet tentare natura in omnibus venenis, corde se per arterias totius corporis exonerante. Apparent puncticulæ lividæ, & maculę, quæ etiam solent esse assumpti veneni signa. Vidi Vallesium illum magnum, ante venarum vacuationes statim totum hominem scarificasse, ne virus ad intima serperet.

At quia qualitas malefica non solum quartum, & selectum humorem, sed aliquando solam bilem flauam,

aut

aut atram, aliquando pituitam, & ſeroſam molem ſolet aggredi, intacto ſanguine (mirum dictu) Alia quidem via incedendum, quàm propalare, eſſet de febrium ſcribere curatione. Solum hæc dixerim, vt intelligamus mori plures, vt Lugdunenſis refert in illa peſte, quia forſan alij humores peccabant, adeò alieni à ſanguine: iſte autem in pauca quantitate exiſtens, euacuatus per venas, mortem accelerabat: quia hoc eſt commune damnũ omnibus vacuationibus naturæ, & artis, vt ſi non euacuentur talia, qualia oportet, nulla ſit tolerantia, nulla conferentia.

Sed erit alia ponderanda cauſa? Erit quidem, nam qualitates venenoſæ, & peſtilentes, seu quocumque modo malignæ, non humores, sed spiritus, non venas, ſed arterias ſolent inuadere, imo & carnes: in quo euentu, neque euacuationes per venas, neque purgationes prodesse possunt, quia neque peccat sanguis venarum, neq; alij humores. Quid miraris, quòd plures moriantur? Agitas causam, quæ non peccat. Debemus ergo inquirere

vbinam ſit pernicioſa qualitas: nam ſi eſt in ſolo spiritu vitali, ſi in animali, aut ſi forſan ſtatim in parte ſolida cordis firmatur, quid prodeſt ſanguinis miſſio? Prodeſt ad mortem citiſſimã. Sed relinquamus hæc omnia tam necessaria, quàm difficilia, quia non pertinent ad iſtum locum, sed ad lib. de febribus.

CAP. IX.

Obiectiones primo loco propoſitæ diſſoluuntur.

NVnc quieſcet animus, ſi argumenta priora, & dubitationes aliquas dissoluamus.

Putabas indiſtinctè omnes humores, & æqualiter exire per venam ſectam. Fernelius huius erroris occaſio fuit, quia dixit, in ęquali proportione remanere humores poſt venæ ſectionem. Aliud autem agebat Fernelius, & non legiſti attentè. Occaſionem dedit: concedo, sed debebat se amplius explicare, vt non errares. Igitur quando maſſa æqualiter putrescit, æqualiter exeunt humo-

mores, & æqualis remanet proportio. Tamen ſi putridus vnus humor eſt, & reliqui intacti, ſensus demonſtrat, quòd ſi talis humor eſt verè separatus per putredinem à consortio sanguinis, pauca quantitas illius exit per venam ſectam, & sanguis in maiori portione. Ergo poſt euacuationem etiam remanebit inæqualis proportio, quia manet minus de sanguine, & multum de humore putrido. In tertianis exquiſitis, & morbis purè biliosſis quotidie hoc cernimus: ſi sanguinē extrahis, videbis in vasculis maiorem portionem sanguinis, quam bilis. Quare hoc? Quia refugit bilis ob suā supernatantiam, cōsortium sanguinis, & mutans locum, cōfluit ad ventriculum, vel ad aliam partem, exitque viuidus ille fluor sanguineus, & quæ erat tertiana, tranſit in continuam, & continua in acutam. Quare? Quia poſt missionem sanguinis non ex arte factam, bilis relicta est in corpore, maior in quantitate, mordacior in qualitate: sanguis verò qui erat eius contemperamentum, effusus eſt inculpatus.

Et hoc est quòd Auicenna dicebat. *Caue ne ad vnam duarum ægrum perducas, vel biliosam efferuescentiam &c.* Sed p.4. tract. 2.cap.7.agens de febre putrida, studensque crassum, & viscosum succum redundantem euacuare, verba quædam profert, mutuata ex Gal. doctrina, sed memoria retinenda. *Et consilium meum in phlebotomia est, vt dimittatur quantum possibile est: si autem non est possibile, tunc multiplicatio uumeri est melior multiplicatione quantitatis. Oportet enim vt non euacuetur multus sanguis, quoniam vacuat multum de eo, cuius non est necessaria vacuatio.* Doctrina expressa Gale.cap.4. de sanit. tuend. sępius citato, vbi ait. *Inspicere autem quantitatem conueniet:* vt v.g. Si bonus sanguis exiguus sit, reliquus vero succus plurimus, in his abstinendum à detractione est &c.

Ergo argum.nil conficit: nam numquã probari poterit, quod humor peccans separatus, & supernatans, & maximè distans à sanguine, exit per sectionem venæ, relinquens eandem proportionem: nam vt ostendimus, fluit

fluit maior quantitas boni, & minor, aut nulla mali humoris, quia talis supernatantia non solum distat qualitatibus à sanguine, sed loco.

Ad secundum patet ex dictis. Sed rursus dico, quòd cacochymia mixta sanguini non impedit venæ sectionē. At si omnino est separata, & sanguis inculpatus manet, sine dubio renuit talem vacuationem, imo prorsus impedit.

Neque obiicias fundamentalem illam sententiam Gal. ex 4. de sanit. non esse ad rem, quia ibi agit de sanitate tuenda, hic agimus de morbis. Atq; adeo si morbus fuerit magnus à sola cacochymia, exposcet venæ sectionē.

Respondeo, Gale. sibi consona loqui: nam similes sententias adduxi ex methodo, & alibi, quando agit de morbis curandis. Nam principia artis, & sanis & ægris sunt communia, sanis ad præcauendum morbos, & conseruandum optimum statum, ægris ad recuperandam sanitatem. Vniuersale principium artis tale est, materia peccans est educenda, quæ non peccat, & necessaria omnino est ad vitā,

poſcentis, ſcilicet ſanguis, aut multus, aut infectus alio humore. Dicas obſecro, an inueneris aliquem locum in Galeno, in quo doceat fundendum ſanguinem in tertiana exquiſita? Nullum certè inuenies, quamuis ex professo illam curat lib. ad Glauc. quia inſpecta natura cauſę, purgationem tãtum petit, & temperationem, ſicut ardens ex bile. Et ita tam frequenter contingit medicis vt duplicentur tertianę ſimplices, & fiant grauiſſimæ, ob ſanguinis defectum, & exuperantiam bilis. Nos niſi videamus ſigna miſcellæ, aut abundantiæ sanguinis, aut imminentis maioris mali, abſtinemus à tali vacuatione. Vnde Gal. 1. Aphor. 22. agens de ardentibus febribus, & magnis doloribus, mittendum esse ſanguinem numquam dixit, ſed vacuandum vſq; ad animi deliquium, facta prius conſideratione, an effundere. Sanguinem, vel purgare conueniat. Equidem iſta pręcepta in philoſophiæ principijs fundata numquam deſerenda. Si Gal. incipiente magna inflammatione, aut dolore vehementi, cogitat prius quid agendum, an mittat ſangui-

ſanguinem, vel expurget. Ergo ſumit ſpeciem vacuationis, non ex morbo, ſed ex specie cauſæ, semper puram cacochymiam expurgando, semper sanguinem multum, aut vitioſum effundendo.

Quando verò dixit, in ardētibus febrib. mittendum sanguinem vsque ad defectionem, attende, quòd loquitur ſecundum traditam doctrinam, quia in illis inuenit speciem cauſæ exposcentis: diximus enim ſupra, quòd duo illi iuuenes curati à Gale. ille qui euacuatus fuit ad animi deliquium, laborabat febre ardenti synocho, ſed non putrida. At verò alter synocho putrida, in qua non eſt auſus ad deliquiū animi peruenire, quia iam incipiebat cacochymia apparere: tamen abundè vacuauit.

Quint. arg. nil contra nos. Concedimus poſſe vires conſtare cum magna cacochymia. An ob id effūdere debes sanguinem, niſi adſit species talis cauſæ? Sola ergo cacochymia indicabit purgationem, mixta verò cum sanguine non impedit sanguinis miſſionem, sed impedit copioſam. Quæ doctri-

poſcentis, ſcilicet ſanguis, aut multus, aut infectus alio humore. Dicas obſecro, an inueneris aliquem locum in Galeno, in quo doceat fundendum ſanguinem in tertiana exquiſita? Nullum certè inuenies, quamuis ex professo illam curat lib. ad Glauc. quia inſpecta natura cauſę, purgationem tãtum petit, & temperationem, ſicut ardens ex bile. Et ita tam frequenter contingit medicis vt duplicentur tertianę ſimplices, & fiant grauiſſimæ, ob ſanguinis defectum, & exuperantiam bilis. Nos niſi videamus ſigna miſcelæ, aut abundantiæ sanguinis, aut imminentis maioris mali, abſtinemus à tali vacuatione. Vnde Gal. 1. Aphor. 22. agens de ardentibus febribus, & magnis doloribus, mittendum eſſe ſanguinem numquam dixit, ſed vacuandum vſq; ad animi deliquium, facta prius conſideratione, an effundere. Sanguinem, vel purgare conueniat. Equidem iſta pręcepta in philoſophiæ principijs fundata numquam deſerenda. Si Gal. incipiente magna inflammatione, aut dolore vehementi, cogitat prius quid agendum, an mittat

ſangui-

ſanguinem, vel expurget. Ergo ſumit ſpeciem vacuationis, non ex morbo, ſed ex specie cauſæ, semper puram cacochymiam expurgando, semper sanguinem multum, aut vitioſum effundendo.

Quando verò dixit, in ardẽtibus febrib. mittendum sanguinem vsque ad defectionem, attende, quòd loquitur ſecundum traditam doctrinam, quia in illis inuenit speciem causæ exposcentis: diximus enim ſupra, quòd duo illi iuuenes curati à Gale. ille qui euacuatus fuit ad animi deliquium, laborabat febre ardenti synocho, ſed non putrida. At verò alter synocho putrida, in qua non eſt ausus ad deliquiũ animi peruenire, quia iam incipiebat cacochymia apparere: tamen abundè vacuauit.

Quint. arg. nil contra nos. Concedimus posse vires conſtare cum magna cacochymia. An ob id effũdere debes sanguinem, niſi adſit species talis cauſæ? Sola ergo cacochymia indicabit purgationem, mixta verò cum sanguine non impedit sanguinis miſſionem, sed impedit copiosam. Quæ doctri-

poſcentis, ſcilicet ſanguis, aut multus, aut infectus alio humore. Dicas obſecro, an inueneris aliquem locum in Galeno, in quo doceat fundendum ſanguinem in tertiana exquiſita? Nullum certè inuenies, quamuis ex professo illam curat lib. ad Glauc. quia inſpecta natura cauſę, purgationem tātum petit, & temperationem, ſicut ardens ex bile. Et ita tam frequenter contingit medicis vt duplicentur tertianę ſimplices, & fiant grauiſſimæ, ob ſanguinis defectum, & exuperantiam bilis. Nos niſi videamus ſigna miſcelæ, aut abundantiæ sanguinis, aut imminentis maioris mali, abſtinemus à tali vacuatione. Vnde Gal.1.Aphor. 22. agens de ardentibus febribus, & magnis doloribus, mittendum eſſe ſanguinem numquam dixit, ſed vacuandum vſq; ad animi deliquium, facta prius conſideratione, an effundere. Sanguinem, vel purgare conueniat. Equidem iſta pręcepta in philoſophiæ principijs fundata numquam deſerenda. Si Gal. incipiente magna inflammatione, aut dolore vehementi, cogitat prius quid agendum, an mittat

ſangui-

ſanguinem, vel expurget. Ergo ſumit ſpeciem vacuationis, non ex morbo, ſed ex specie causæ, semper puram cacochymiam expurgando, semper sanguinem multum, aut vitioſum effundendo.

Quando verò dixit, in ardētibus febrib. mittendum sanguinem vsque ad defectionem, attende, quòd loquitur ſecundum traditam doctrinam, quia in illis inuenit speciem causæ exposcentis: diximus enim ſupra, quòd duo illi iuuenes curati à Gale. ille qui euacuatus fuit ad animi deliquium, laborabat febre ardenti synocho, ſed non putrida. At verò alter synocho putrida, in qua non eſt ausus ad deliquiū animi peruenire, quia iam incipiebat cacochymia apparere: tamen abundè vacuauit.

Quint. arg. nil contra nos. Concedimus posse vires conſtare cum magna cacochymia. An ob id effūdere debes sanguinem, niſi adſit species talis causæ? Sola ergo cacochymia indicabit purgationem, mixta verò cum sanguine non impedit sanguinis miſſionem, sed impedit copiosam. Quæ doctri-

poſcentis, ſcilicet ſanguis, aut multus, aut infectus alio humore. Dicas obſecro, an inueneris aliquem locum in Galeno, in quo doceat fundendum ſanguinem in tertiana exquiſita? Nullum certè inuenies, quamuis ex professo illam curat lib. ad Glauc. quia inſpecta natura cauſę, purgationem tãtum petit, & temperationem, ſicut ardens ex bile. Et ita tam frequenter contingit medicis vt duplicentur tertianę ſimplices, & fiant grauiſſimæ, ob ſanguinis defectum, & exuperantiam bilis. Nos niſi videamus ſigna miſcellæ, aut abundantiæ sanguinis, aut imminentis maioris mali, abſtinemus à tali vacuatione. Vnde Gal. 1. Aphor. 22. agens de ardentibus febribus, & magnis doloribus, mittendum eſſe ſanguinem numquam dixit, ſed vacuandum vſq; ad animi deliquium, facta prius conſideratione, an effundere. Sanguinem, vel purgare conueniat. Equidem iſta pręcepta in philoſophiæ principijs fundata numquam deſerenda. Si Gal. incipiente magna inflammatione, aut dolore vehementi, cogitat prius quid agendum, an mittat ſangui-

ſanguinem, vel expurget. Ergo ſumit ſpeciem vacuationis, non ex morbo, ſed ex ſpecie cauſæ, ſemper puram cacochymiam expurgando, ſemper ſanguinem multum, aut vitioſum effundendo.

Quando verò dixit, in ardētibus febrib. mittendum sanguinem vsque ad defectionem, attende, quòd loquitur ſecundum traditam doctrinam, quia in illis inuenit speciem causæ exposcentis: diximus enim ſupra, quòd duo illi iuuenes curati à Gale. ille qui euacuatus fuit ad animi deliquium, laborabat febre ardenti synocho, ſed non putrida. At verò alter synocho putrida, in qua non eſt ausus ad deliquiũ animi peruenire, quia iam incipiebat cacochymia apparere: tamen abundè vacuauit.

Quint. arg. nil contra nos. Concedimus posse vires conſtare cum magna cacochymia. An ob id effũdere debes sanguinem, niſi adſit species talis causæ? Sola ergo cacochymia indicabit purgationem, mixta verò cum sanguine non impedit sanguinis miſſionem, sed impedit copiosam. Quæ doctri-

na habet latitudinem, si maior est plenitudo, quàm cacochymia, aut è contra. Erit ergo mensuranda quantitas, hoc aut illo modo.

Sextum confirmat dicta. Nam quãdo dixit Gal. *Leuata enim natura, &c.* clarè insinuat, se loqui de oppressiõe, & onere naturæ, non ita de sola qualitate cacochyma.

Ad septimum, obstructio tollitur, prout fuerit causa, si multus aut vitiosus sanguis, illius detractione, si crassi, & pituitosi, aut similes humores, nequaquam, fusione sanguinis, sed incisione, apertione, attenuatione, tandem absterssione, & purgatione.

De ventilatione quærit octauum argumentum, credens, omnes febres admittere sanguinis detractionẽ, quia ista vacuatio ventilat, & frigefacit. Magnus error. Dicimus, numquam esse fundendum sanguinem, ventilationis gratia, nisi alia causa per se exposcens adsit. Prius magnus artifex respicit quod est per se, deinde id quod secundario sequitur, non è cõtra. Vis refrigerare? Placet, refrigera: sed non cum maiore damno, mis-

so vitæ thesauro. Refrigera per se, da aquã frigidam. Non id poteſt? Refrigera ex accidenti, ſi adeſt species causę subdita venæ sectioni: quia quod eſt per se, præcedit necessario id quòd ex accidenti: ſi non adeſt cauſa per se, cum tua refrigeratione agis ad mortem. Sed dicas obsecro: calidisſima eſt bilis pręter naturam, quare non purgas illam, vt refrigeres totum habitum corporis? Semper ne refrigerare promiſiſti per venæ sectionem? Non vides illas refrigerationes totius corporis, ad quas Hippoc. deducit 23. Aphorism. 1. sectionis. Refrigerat quidem per deiectiones, non per venæ sectionem. Quare non cogitas de refrigerando corpore, expulsa bile? Semper semper amicus noſter sãguis culpandus, cùm non ſit calidus, ſicut bilis præter naturam? Valeat iſta euacuatio sanguinis ob solam refrigerationem, recedat ab vsu. Quòd ſi attentè legas loca Galeni, quibus ventilationem inducit, inuenies aliam antecedere indicationem, ventilationem esse comitem, & non primario indicantem.

Nonum argumentum petit longã tractationem de foco putredinis, propriam lib. de febrib. vno verbo respondeo. Reuulsio à foco putredinis facienda: libenter concedo. Sed quis te docuit reuulsionem semper per venæ sectionem, cùm sæpius debeat fieri per medicamentum expurgans, iuxta ideam humoris peccantis. Puerilia sunt hæc: tamen de his iterum inferius.

Actum est iam de humoribus intra venas existentibus, qui valent impedire, aut mensuram imponere magnis auxilijs.

Sed antequam vlterius procedamus, de flatibus aliquid dicendum, vt promisi superiùs.

CAP. XI.

Quando flatus impediant, aut poscant venæ sectionem.

CVm flatus in qualibet nostri corporis regione generari possit (quamuis circa ventrem magis, vt dicebat Hip.) necessarium est aliquid dicere

dicere de illo, antequam ad alia transeamus.

Flatus propter varias causas suę generationis, vario modo impedit, aut admittit vacuationes. Nulli dubium, quin si in toto corpore ex abundantia multorum humorum frigidorum, calore diminutè agente eleuatur copia flatus, impedire debet sanguinis detractionem, & postulare potius concoctioné causæ, & purgationem. Rursus si flatus accidit propter inconcoctionem ventriculi à superante frigore, impediet etiam, nisi aliquid vrgentius molestaret.

Tamen cùm flatus sæpius accidat, quia pituita alicui membro calido accedit; aut à melancholico succo detento, & calefacto, vt in lienosis, aut obstructis feminis. Certè in tribus casibus non impedire venæ sectioné, sed potius admittere existimo. Primò in retentione menstruorum melancholicorum. Videbis ingentes rugitus flatulentos, qui sanguine misso ex talo remouentur. Secundò, in quibusdam lienosis, quibus melancholicus succus, fæx sanguinis cum

ipso

ipſo ſanguine abundat, & circa lienẽ caleſcit, & flatus calidi generantur: vt vidi in aliquibus hypocōdriacis. Tertiò in alijs hepaticis, qui ob nimiam iecoris caliditatem, non ſolum calefaciunt proprium ſanguinem, qui eſt nutrimentum hepatis, ſed ante tempus trahitur chylus, & rapitur cum quātitate pituitæ, & in illis venulis meſaraicis, & iuxta iecur, ex crudo chylo, & pituita eleuantur flatus. In iſtis tribus caſibus ſine dubio non impeditur vacuatio, ſed petitur, vt demonſtrat euentus, tales lienoſos, & hepaticos, & obſtructos, ſanguine miſſo liberari, peccante ſemper cacochymo ſanguine, qui detinetur in partibus prædictis. Vnde Hip. 2. de morb. pop. p. 5. tex. 11. dicebat. *Ventoſitatem venæ ſectio ſoluit.* Hæc interpretatio facilis eſt, & vera: non eſt recurrendum ad ambages Iacobi Eſteue Valentini, qui verbum Græcū Ἀνεμιῶδων, transfert, ſubuentaneum, & ſtatim diſcurrit ad obſcurum, & infœcundum ſeminis fluxum, quem dicit ſanguine miſſo ſanari. Melius noſter eruditiſſimus Valleſius, Fla-
tum

rum ex Hippocrate lib. de flatibus, multarum ſanguinis pertubationum eſſe cauſam, & conſequenter leuari ſanguine extracto. Rectè quidem, ſed cùm videam plures flatus à cauſa calida, vt dictum eſt, in qua & ſanguis melancholicus feruet, rectè dixit Hip. *Flatum ſoluit ſanguinis detractio.*

CAP. XII.

De his humoribus, qui in prima regione poſſunt impedire venæ ſectionem.

RElictis alijs diuiſionibus corporis humani, diuiſionem ſequimur, quę pertinet ad vacuationes moliendas.

Prima ergo regio continet ventriculum, inteſtina, meſenterium, cauam iecoris, & lienis, pancreas, hypochōdrium dextrum, & ſiniſtrum; tandem omnes partes vſque ad gibbam hepatis excluſiuè, & verſus ſiniſtram, vſque ad lienē, in qua tunicæ molliores, & aliæ duriores, & glanduloſæ particulæ. Habet rurſus ventriculus

triculus proprias tunicas, & tres regiones, imam, quæ fundus dicitur, mediam, & supremam. Intestina multiplicia, tenuia, & crassa, superiora, media, & infima. Sunt autem in istis locis tot latibula, & cauitates, vt nemini possit esse dubium, multos humores, & varias excrementorum species in illis posse cumulari, aut quia ibi generantur, aut aliunde transmittuntur.

Clarum est, quòd quælibet res preter naturam ibidem potest generari: quamuis quatuor humores naturales solius hepatis germina dicamus.

Oh quot genera febrium sortiūtur causam existentem in latibulis huius primæ regionis, & medicus dummodo clystere eluerit intestina, aut alter diligenter leuiter purgauerit, statim iterum atque iterum sanguinem mittit, & nunquam cessat à sanguinis detractione, putās causam, & focum putredinis (vt communiter loquitur) esse in venis totius corporis, aut in maioribus. Nonne poterit esse origo in partibus huius primæ regionis, quas non potuit mundare leniens medicamentum,

mentum, quia fortiter hærentes humores, aut antiquas cruditates non potuit eradicare, aut (quod a nemine video ponderatum) quia humores præter naturales ibidem geniti, non cedunt nisi eligenti medicaméto: sunt enim biliosi, pituitosi, & melancholici, & tandem incoctiles. Quis dubitat, quin purgatio fuerit irrita, si solum lenitiua fuerit. Sine dubio sic contingit, & morietur æger, quia prima regio non fuit mundata vt oportebat, & sanguine extracto contingit vnum duorum, aut venæ sugunt incoctiles humores, aut quia non potuerunt sugere prę imbecillitate, aut quia resistentia crudorum talis fuit, vt in eodem loco manentes, perniciosa qualitate acquisita, os ventriculi miserabiliter torquerent, & cor simul affligerent vsq; ad mortem, acuta febre excitata, nullaq; prosint remedia, quia non attingunt ipsam absconditã, & hærentem causam.

Sed dices: adest inæqualitas pulsus cum febre continua. Ergo est putrida, cuius causa in venis commoratur: adsunt anxietas, inquietudines, lingua nigri-

nigricãs, ſicca,aſpera. Quid ergo?Debeo attendere ad primam regionem, cum omnia hæc ſigna ſint febris profectæ ab humoribus venarum? Ergo poſthabita prima regione, detraham atque detraham ſanguinem. ¶ Audi, collige vires ad percipienda quę dicturus ſum. Non ſis ceruicoſus, nec cõtumaciter inhæreas propriæ opinioni, præcipuè quando laboras pro ſalute, & vita. Deteſtor medicum durum, & indocilem. *Sæpius* mihi contigit audire meos diſcipulos, (ipſi ſciunt) & cogito quòd Deus poteſt illis dare aliquid lucis ad operandum, quod mihi denegat ob meam ſuperbiam, dummodo infirmus liberetur,vtar cuiuſcumque conſilio.

Soluam igitur iſtam difficultatem, maxima qua potero claritate, quibuſdam concluſionibus propoſitis.

Primò certum eſt, omnia ſigna febris humoralis putridæ venarum poſſe reperiri in febre à cruditatibus primę regionis putrefactis, aut vſtis, aut alio modo deprauatis, aut in alienos humores conuerſis. Pulsum enim adeſſe inæqualem tanquam certo certius

tius affirmo. Galen. id docuerat 3. de præsag. ex puls. c. 16. Nam si dicit, ex multis cibis ingestis inordinatum, & inæqualem pulsum apparere, consequenter ex alijs speciebus cruditatũ, aut humorum pręternaturalium in prima regione generatorum, pulsus erit inęqualis. Et ostendo, quia omnes causas inęqualis, & inordinati pulsus, quę reperiri possunt affectis venis totius corporis, possunt etiam reperiri in febre à prima regione: in ea enim possunt esse causę inęqualiter grauantes, inęqualiter distemperantes, inęqualiter obstruentes, inęqualem dispositionem producentes in corde, & arterijs. Velocitatem verò, & magnitunẽ pulsus aperte proposuit Aui. Erit ergo pulsus magnus, celer, & inęqualis, & sæpius non magnus.

Pręterea secundo certum est, in causa adusta, & nidorosa apparere vrinam rubrã, similem ei quę in synocho: nam sufficientes causę sunt ad illam tingendam, aut mixtione alicuius portionis biliosæ, aut intensione caloris; id enim clarè docuit Auic. agens de ephemera ex cruditate.

Tertiò

Tertiò certum est, sæpius esse linguam aridam, & nigram, quia tunica ventriculi tantopere distẽperata, est & fuliginibus nigris ex ipsomet ventriculo, & alijs partibus primę regionis eleuatis, hę linguam aridam, asperam, & nigram reddere valent. *Similiter* aderit rubor faciei, dolor capitis, difficultas respirationis, septo transuerso compresso.

Hęc cùm ita sint, magnum periculum imminet, imo certa vitę desperatio, si tam magno impedimento existente, sanguinem detrahas, non cognita exactè specie cruditatis, à qua febris oritur, tam similis humorali venarum. Signa febris putridæ, calor intensior, inæqualitas pulsus, cum frequentia, & celeritate, vrina rubea, dolor & grauitas capitis, inquietudo, anxietas, fastidium cibi: omnia, hęc reperiuntur in febre ex cruditate, de qua loquimur; quam cum non distinguis à putrida venarum, detracto sãguine, auges mala, & iugulas ægrotantem. Igitur cognito isto impedimento, neutiquam conuenit ad scindendas venas properare: nam si talẽ materi-

materiam venę sectione vacuare tentares, manifestum esset deliramentũ, & prius mortem ægri videres, quam exitum talium cruditatum per venas; si consideres viam arctissimam, & circulos ab ista regione vsque ad 2. Referam quòd mihi cõtigit. 28. die morbi grauissimi, vocatus, inueni peritum medicũ strenuè se gessisse in eius curatione, & multas, & copiosas sanguinis vacuationes exercuisse, & interdum cucurbitulas scarificatas. Erat autem ęger studijs deditus, Regis, & Regni consilijs distractus, & impeditus; videbatur autem agere animam, difficilè respirans, cum dolore intenso dorsi, & pectoris, cum nigra, & aspera lingua, pulsu veloci, inæquali, magno. Cum autem esset paratus barbitonsor, seu venarum artifex, ex pręcepto periti medici, ad celebrandam sanguinis detractionem, tetigi ventrẽ, & omnem primam regionem profunde tangens, et per omnes partes discurrens, mihi persuasi, ex vita anteacta, & continuis vigilijs, & studijs, aut ex erroribus victus, aut alijs, aceruari magnam copiam flatuum crassorum,

&

& variorum succorũ crudorum, causam euidentem tantorum accidentiũ, atque per dies omnes anteactos, numquam ad venas potuisse transire, nec per tã angustas venas hepatis ad gibbam eius percolari. Animo igitur alacri iussi chirurgum abire, & sub purgationem parari, ex catholico benedicta, & de coctione emollienti, cũ saccaro rubro; clystere iniecto quater deiecit, non excrementa communia solum ex alimentis, sed quasdam melancholiæ adustæ partes, & aliorum humorum crassiorum, incepitque exclamare, tam facili auxilio se iam iam liberari. Peritus tamen medicus semper suspectus, mihi dicebat, quod illa lingua, malignum aliquod internum inflammatorium affectum ostẽdebat, semperque adesse necessitatem per venas euacuandi: aut ratio danda, quare illa lingua cum febre hoc non indicaret. Nos verò securi de euentu, dicebamus esse fuligines ex prima regione, & febrẽ adhuc ex eadẽ causa, licèt posset coniungi altera ex venis. Igitur ementiuntur sæpius signa, quæ possunt ex varijs partibus oriri,

oriri, quia ſimilitudines ſunt fallaces. Natura ergo noſtri infirmi ab illa ſub purgatione non ceſſauit aliquas euacuationes moliri per ventrem, & vrinas, conualuitque breuiter, ſine vlla ſanguinis detractione. Per tot itaque dies poteſt durare hęc indicatio, neglecta in principio? ſine dubio poteſt, & miſericordia Dei accidit profecto eius cognitio, non viribus noſtris.

Sed dices. Quomodo diſtinguã inter hæc ſigna? Quando affirmare potero ſigna esse febris humoralis venarum, aut contentorum in prima regione? Rectè dubitas. Hoc opus, hic labor. Reſpondeo. Longam requiri experientiam, & meditationem. Sed quid conſiderauerim dicetur: hinc manuduceris ad certiores contemplationes. Ego cum viderem non conuenire ſigna iſtius infirmi cum affectu venarum, decreui tangere primam regionem, & manu comprimente ſentiebam rugitum, ſimul cum tenſione varia, iam cedente, iam in alijs partibus non cedente. Videbam poſt factas plures vacuationes sanguinis, non esse temere mittendum. Tertiò,

tiò, hoc impedimentum per tactum cognitum, posse deturbari, quamuis aliquid in venis esset: quia hoc mihi semper cõpertum habeo, primam regionem derelictam, aut oblitam, esse conseruantem causam, aut generatricem multorum malorum in venis in progressu morbi. Si conseruans est, necessario tollenda, vt causa sine qua non, si generatrix, præcipuè indicat.

Quartò, vrina erat fere similis naturali, & alia ex parte non aderant signa veneni, aut malitię, quamquam febris se ostendebat cùm tantis accidentibus. Ergo genus venosum parũ, aut nil indicat in hoc casu, et ponderat magis læsio primę regionis,

Quintò, consideraui quòd in febribus acutis vtimur sæpius poculis, & Alexipharmacis frigidioribus, & in tertianis duplicibus continuis etiam, & in alijs, pręcipuè tempore æstatis: & quamuis reserata fuerit in principio prima regio, iterum in eodem morbo solet obstrui, et premi, tam potionibus, quam alimentis inquinatis à febre, & consequenter, quasi ex reliquijs, et residuo morbi,

prima

prima laborat regio, et medicus solet existimare esse reuersionem, aut recrudescentiam ipsius morbi in venis, cùm tamen sit complicatio, aut quasi terminatio causarum pręcedentium. Itaque quamuis prima hęc regio non laboraret à primo morbi insultu, tamen postea potuit, aut ex dictis caussis victus, et potionum, aut ex transpositione humorum, et metastasi: atque adeò istis consideratis, audacter relinquendæ sunt venæ, & quærenda vacuatio prædicta, quæ subpurgatio vocatur ab Hippocra. sub qua intelligitur alia etiam, quæ licèt eligat prędictos humores, quia tamen parcè exercetur, subpurgatio dici potest, quę locum habet, quando per clysteres prędictos non cōpletur indicatio. Ergo satis vt arbitror, constat, quantum impediat ista dispositio vacuationem sanguinis, & quàm similia habeat accidentia cum febre putrida, ad seducendos medicos.

Illud autem monere non desinam, hoc tempore, quando per totam Hispaniam vsus niuis inoleuit, & non quomodocumque, sed quę frigidior,

& in gelu conuersa, eo laudabilior potio, vt vnius oris, & gutturis transvolans voluptas, totius corporis tristitiam pariat. Non vitupero niuem, sed tempero.

Assiduus verò vsus frigidissimæ, primam regionem debilitat, coctiones retardat, crassos, lentos, glutinososq; succos reddit, & pituitam vitream generat, qui humor ita partibus ad hæret, vt nullis soleat subijci medicamentis, & dolores incredibiles, & morbos difficiles pariat: & in febribus humoralibus, solus iste humor segregatus ab alijs, in ista prima regione persistens, molestias facit tales, vt sæpius credamus, esse malitiosam febrem, ob symptomata: quia calor paruus, accidentia verò magna elucent. Et sine dubio fallimur, quia accidentia oriri solent ex istis humoribus ita hærentibus, vt maximè vexent tenacitate, & penetratione simul: & cùm sint difficilis incensionis, febriculam excitant quasi tepidam, & putamus malignam puncticularem. Existimo hoc esse maximè ponderandum, quia cum adsint etiam pulsus inæqualitates,

litates, & anxietates, & calor preter-naturam quasi paruus, putat medicus esse sanguinem mittendum, quia serpit putredo, & malignitas in venis. Et hinc infelices euentus. Vide quanta, & fraudulenta mala ex potu frigido, & inordinato victu proficiscantur, ita tenacia, & resistentia, vt à principio morbi inuicta perseuerēt, cumque sanguis extrahatur, peioris fiunt conditionis, & maioris periculi. Quod etiam in superioribus animaduerti, agens de humoribus crassis, & lentis venarum totius corporis: quia non solum in prima regione, de qua nunc loquimur, sed in secunda, difficiles, & mali euentus pariunt dispositiones, si per venam sectam tentes vacuationem. Si enim diximus, exuenis non posse tales humores vena secta exire, sine magno detrimento, quomodo possunt ex prima regione?

Solet autem in medicorum collegio, quando consulunt de morbi curatione, dubitari, an prima regione existente cruda, cum acuta venarum febre, quæ sanguinis vacuationem po- 1

ſtulet, debeat primus dies purgationi dicari, & ſecundus venæ ſectioni?

Reſpondeo per aliquas propoſitiones. 1. Si cruditas leuis eſt, quæ clyſteri cedat, & parco victui, poteris ventrem eluere, & ſanguinem mittere eodem die.

2 Si ex ingeſtis, & prauo, atque antiquo vſu rerum non naturalium, & nauſea, & alia primæ regionis grauatæ ſigna adſint, quamuis febris vrgeat, debes leue medicamentum exhibere, aut saccharum roſatum alexandrinum, aut ſyrupum vocatum Principis, qui ex ſucco Alexãdrino, & ſaccharo cõficitur; aut ſyr. purgatiuũ. 9. infuſionum ex deſcriptione Regia, addito decocto cordiali ſẽnato. Equidem non video caſſiam in vſu, forſan, quia admodum lenta, & non eradicat adhærentia, & craſſa, ſoletque mouere multa, & euacuare pauca: quamuis Valliſoletani medici periti antiqui illam probabant: altero verò die poteris ſanguinem detrahere.

Ratio eſt, quia licèt febris vrgeat, etiam purgatione temperatur, quia aufer-

aufertur quædam concauſa ipſius febris, & tollitur impedimentum magnum ad exercendas reliquas vacuationes. Secundò, quia præcautionis gratia (ne febris acuta fiat maligníoris conditionis, & difficilioris curationis) oportet tantam, & hærentem cruditatẽ deponere: erit enim causa prauorum accidentium, ſi intus relinquatur. Tertiò, quia opus tam neceſſarium non debet committi cuilibet clyſteri, quamtumuis acri, sed purganti medicamento, quod finem artis, et naturæ perficiat, et compleat. Ex quibus conſtat, non detrahi aliquid de indicatione, quam præſtat acuta, & vrgens febris, sed potius securius compleri: video tamen clyſtere purgante multos vti, cum magno periculo futuri euentus. Id ego non probo. Tyrones autem vt sunt audaces, et multa temere aggrediuntur, vno die purgant electiuè, ſimulque mittunt ſanguinem. Sed quæ non faciat iuuenilis feruor? Quãuis posſibile eſt tam nouam vrgentiam inueniri.

Igitur vt ad alia pergam, ſequi debemus conſilium Galen. 4. de ſanitate

tuenda cap. 5. dicentis. *Quippè vena incisa bonum sanguinem emittit, malum vero, qui in primis maximè venis circa hepar, & mesenterum colligitur, in totum attrahit corpus.* Quæ sententia non tam rigidè seruanda est, vt si aliqua se obtulerit vrgentissima causa vacuandi sanguinem, non possis vacuare, vt in celeri angina, aut alia similis periculi inflammatione.

QVAE HVMORVM dispositio impediat purgationem.

DIximus super ius de abundantia, vel supernatãtia humorũ: nunc opus est explicare, an talium humorũ cruditas, vel alia dispositio valeat impedire purgationem: an neceſſario præparationem aliquam exposcant.

Magna hic queſtio de minoratiua purgatione, quam ex professo eleganter agitant omnes neoterici, & antiqui in tractatu de purgatione. Ego aliqua adnotabo necessaria, forsan ab alijs relicta, & claritatis gratia, per quedã dubia procedam.

Sed iam opus est, vt conclusiones propo-

proponamus, dubijs præpositis suo ordine.

Dubitare quis posset, quare cruditas humorum constituitur, tanquam impedimentum purgationis: præcipit enim Hippocrat. nec vllo modo tangenda, aut mouenda ea quæ cruda sunt. Quid habet cruditas in se, vt obstaculum sit expurgationi? Et auget dubitationem, quia experimur sæpius, cruda expelli à natura, tàm per morbos, quàm per sanitatem: quin, & à medicamẽto trahi cum patientis vtilitate. Ergo crudum, in quãtum crudum, præcisè loquendo, nullã dicit repugnantiam ad expulsionem. 1

Dico quòd crudum, aut potest suſceptare aliquod beneficium ab arte, aut natura, aut nullo modo aliquid proficuum aptum est recipere, quod sit notatu dignum. Si aliquid potest boni recipere, retinetur à natura; retineri verò, impedimentum est ad expurgationẽ: quia retentio, & expulsio, motus, & quies, sibi adinuicem obstant. Ergo illa cruda non sunt mouenda, quæ retinentur à natura, vt aliquod ab illis commodum accipiat, si-

cur sunt alimenta, aut alij humores, in quibus quærit viuens, si posset, suam similitudinem imprimere, aut saltem reducere ad meliorem statum, quem vocant ad benignum. Itaque in istis duobus casibus, cruditas retenta à natura, contrariatur purgationi: quia ad aliquem bonum finem retinetur, & cum vtilitate naturæ retinentis. Ergo crudum vt sic, non repugnat purgationi, nisi in quantum retinetur à vitalibus facultatibus: retinetur autem, propter aliquam similitudinem. Sed quam similitudinem, cum sit omninò dissimile in termino à quo? Dico habere crudum aliquam similitudinem, saltem genericam, aut mediam. Retinet certè natura panem in ventriculo, quamuis non sit ita similis, vt in termino medio, aut vltimo. Sic etiã humores crudi retinentur in venis, quãuis cum vestigijs putredinis (quia habent aliquas partes reducibiles ad benignum) tametsi fuissent alimentitij: quia quantum attinet (aduertas obsecro) ad finem naturæ, eundem habet in alimentis, & in humoribus istis, quamuis non conuertat ex toto

humores

humores malos, simul conuertit alimentitios. At verò aliud est crudum, ita alienum, ita dissimile, vt neutiquã natura possit retentionem illius appetere, vt humor putridus in termino, venenosus, malignus, & si aliqui alij sint ob aliquam conditionem incoctiles. Isti certè, vt taliter crudi, non impediunt purgationem: quia neque à natura, neque ab arte sunt susceptiui alicuius beneficij, propter remotam dissimilitudinem, & ob id non retinentur à natura; si non retinentur, non obstant purgationi, & motui locali: imò (vt dicemus) conducunt aliquid ad motum purgationis.

Sed dubitabis, quia in principijs morborum nil excernitur naturæ ratione, sed violenter ex vi causæ symptomaticæ: vt docuit Gal. 4. aphor. 22. Quæ doctrina nullo alio innititur fundamento, nisi in amplexu illo generali, quo natura retinet omnia in principio morbi, tàm bonum, quàm malum humorem similem, & dissimilem, ac si posset aggredi coctionem: nam post hanc excitatur expultrix ad expellendum.

Rectè dubitas. Sed aduerte, hanc esse excellentiam artis ratione vtentis, vt cognoſcat, quando natura amplectitur inimicum inuincibilem, à quo debet ſuperari; quando verò è contra. Ipſa certè, vt determinata ſolet eſſe ad vnum, ignorat alterũ; in quo caſu indiget arte. Lex communis illa eſt, vt retineat coquenda: ſed quando inter iſta ſunt alia incoctilia, à quibus mortale damnum accipere debet, quid faciendum? Ipſa quidem naturali motu licèt tibi videatur detinere omnia indifferenter: ſi tamen habet eruditũ miniſtrum, cognoſcentem humoris fraudem, cogit ad purgationem; cogit dico humorem, non cogit naturã. quia hæc non detinet humorem incoctilem, ſed potius deteſtatur; detinet ſolum coctilem per ſe, in quo inuenit aliquid aſſimilabile, alium vero ex accidenti. Atque, quod iſte ſit ordo naturæ, vel (vt preſſius loquar) quod iſta ſit appetitio naturaliſſima ad expellẽdũ incoctile, à priori quidẽ colligitur: quia appetitus, vt fertur in obiectum ſibi naturale, ita dicit fugã ab obiecto omninò corruptiuo. Rurſus, vt dicit tendẽ-

tendentiam in bonum: ita dicit vnionem cum illo, amplexum, quietem, & retentionem illius: & vt dicit fugã, & auersionem, ita non caret medijs, quibus propellat suum contrarium. Hoc principium euidens est in appetitu intellectiuo, & sensitiuo: euidens quoque in appetitu naturali, tam viuẽtiũ, quàm aliorũ corporũ. Videmus, siquidem similia similibus iungi, & alia pellerè. In historia de plantis, & virtutibus lapidum plura inuenies. Nunc ad rem. Ergo natura nostra cum illis nunquam vincendis humoribus, nunquam dicet quietem, vnionem, & amplexum; dicet tamen auersionem, & ad pellendum propensionem radicalem.

A posteriori, quia ab vno Hippoc. vsque ad nostra tempora visæ sunt plures vacuationes in principio factæ, aut cruda existẽte materia, quæ symptomaticæ vocantur, cum maxima vitæ vtilitate, vt eruditissimè probat noster Vallesius 5. controuers. c. 5. Discurre per lib. de morb. vulgar. & videbis lib. 3. morb. pop. 2. p. text. 2. & 3. de morb. pop. par. 1. de illo, qui

habitabat in horto Dealcis, & lib. 2. ep. 1. p. text. 9. Ergo signum est naturam radicaliter, & in suis internis principijs appetere expulsionẽ illius, quod non decet, neque potest retinere. Itaque cum istis humoribus tam contrariæ conditionis, nunquam dicit quietem, neque verum amplexum. Atque ad hoc opus expulsionis, si ipsa non valet, aut ob imbecillitatem, aut ob nimiam contrarij resistentiam, indiget magno ministro. Et hanc existimo esse Philosophicam rationem, qua potest inniti minoratiua purgatio. Atque adeò istud genus cruditatis non impedit, sed acclamat purgationem, habetque adminiculantem naturam vitalem, vt dictum est, siquidem appetit. Ex quibus sequitur, in hac purgatione minoratiua medicum esse imitatorem naturæ.

Dubitas, quomodo potest appetere expulsionem humoris, quem non inuenit incoctilem, & dissimilem; nam cùm mixtus sit alijs, non apparet talis dissimilitudo ita contraria, vt indicet auersionem, & dissonantiam obiectiuam ad appetitum. Ergo non appetit

natura

natura talem humorem pellere: & sic nunquam erit adminiculans ad actum purgationis.

Dico, diuersorum humorum mixtio, aut rudis miscella, aut aggregatio, aut iuxta positio (quodcumq; volueris) non tollit actionem qualitatum inter se, & vnius humoris in alium: quia si adhuc in mixtione perfectissima, quæ excludit formas miscibilium, remanet actio, & passio inter diuersas partes mixti, quid dices de diuersis humoribus mixtis, seruantibus suas formas? Sine dubio agent, & patientur inter se. Quare ergo non agent in partes viuentes nostri corporis? Agēt quidem, sed multū dissimiliter, vnusquisque humor per qualitates, quas habet, coctilis per qualitates mites, & domabiles, incoctilis, & alienus, per qualitates rebelles. Itaque natura in humores coctiles magis agit, quam patiatur ab illis, ab humore incoctili magis patitur, quam agat. Ergo falsum est dicere, humorem incoctilem non esse obiectum facultatis expellētis in principijs morborum. Et ostendo præterea, quia aut separatus, aut

non

non ſeparatus ab alijs, ſemper ſeruat eandem conditionem, & rationem excrementi; ſolum poteſt eſſe differentia penes minorem, aut maiorem irritationem, quam imprimit naturæ viuentis: quia mixtus non ita irritat, ſincerus maximè moleſtat.

Et hoc quidem fallacisſimũ ſignum eſt apud eruditos, et eos qui iam ſeneſcunt in artis operibus: quod maximè ponderari deſidero, niſi præ claritate dicendi vileſcat. Explico.

Humores peccantes in principijs morborum, ſunt in multiplici differẽtia. Sed ad præſentem dubitationem duplex modus explicandus ſufficit. Quidam irritant qualitatibus manifeſtis primis, aut ſecundis, quorum notitia manifeſta eſt etiam cuilibet medico, ſaltem ex ſenſu infirmi, ſi ipſe medicus attentionem præſtet ad percipiendas acrimonias, caliditatis intẽſionem, et tenacitatem humoris renitentis: et hæc, omnia, vt fieri poſſunt in principio.

Alij ſunt humores, qui nullum habent manifeſtum peccatum, pertinens ad prædictas qualitates: habent

tamen

tamen aliquam qualitatem deleteriã, qua mixtioni ſpiritus, & cordis contrariantur, non per qualitates excedentes primas (vt dixi) ſed per ſecundam qualitatem, quo caſu quieti ſunt humores, æger non affligitur, non iactatur, vrina non turbatur, omnia videntur eſſe in pace, cùm tamen deiectio virium vitalium ſe oſtendat, attentè inſpicientibus. Si igitur illi humores in principio moleſtabant naturam manifeſtè, ad quorum expulſionem aſpirabat expultrix ante coctionis aggreſſum, multo magis intendet in principio expellere iſtos, qui quanto magis in agendo occulti, tanto ſunt lethaliores. Obſecro, vt non metiaris ſtatum facultatis expellentis, & humorum, ſolum penes maiorem, aut minorem irritationem, aut penes inquietudinem ægri, & alia accidentia: ita vt quando non irritant, tu etiam ſegnis, & otioſus ſis; ſed debes ponderare diſſolutionem vitalem ex ſola præſentia, & cõtactu talium humorũ, quo nihil terribilius dici poteſt. Noſcit autem ſtatutum huius indicationis, qui in pulſibus cognoſcendis diutur-

turnos, & studiosos inpendit labores. Hec dixerim, vt appetitũ naturę viuẽtis consideremus ad expellendũ quęcumq; inuincibilem humorẽ, ad cuius expulsionẽ solet indigere manu ducẽte: & hũc statũ soleo appellare naturę turgentiam in actu primo: non enim potest exire in secundum, incuendo tales humores, quia tales sunt, vt anticipent debilitatem illius, & non audeat pellere, quia non potest; imò potius fugit, & comprimit se, neque dilatat arterias, ne trahat versus cor venenosos halitus. In tanto periculo quid facies? Si sanguis paucus est in venis, neque cucurbitulis ad cutem; neque clysteribus ad ventrem malignos succos vales allicere? Nonne (si reliqua omnia cõsentiant) tentabis partem deponere, miscendo cordialia cum ipso medicamento? Non debes exspectare veram coctionẽ, quia prius accedet mors. Dixi veram coctionem, quia falsam sæpius vidi, & cum vrina bona perire ægrum. Sed quia hæc iam pertinent ad curationem febrium malignarum non pestilentium, ad alia transeamus.

Hec

Hæc saltem dicta ſint, vt diſcedant iam ab ore omnium frigidæ illæ rationes. Natura retinet. Ergo non vacuandum. Non habemus illam adminiculantem, non trahit medicamentum, &c. Omnia iſta argumenta procedunt ex ignorantia principiorum.

Eſt igitur purgandum moderatè, quando humores ſeparati, licet quieti, tales ſunt, vt natura illos vincere non poſſit, & ab illis ſuperari. Multa ſigna habeamus. Neque vllum impedimentum eſt cruditas, ſed potius motiuum, & indicatio, quod Gal. ſatis clarè docuit. 4. aphor. 1. his verbis. *Non tamen omnes quæ (loquitur de grauidis) hoc tempore indigent purgatione, permittit purgari: ſed ſi materia turgeat (inquit) vel cogat accelerare, aut vrgeat, & premat*. Sic teſtatur codex Græcus, vt rectè aduertit Anton. Muſa.

Sed dubitas, quare in tam graui negotio non ſe explicuit Hipp. in aphor. 22. Concocta medicari, &c. Dico, quòd Hipp. exemplum poſuit in turgenti, & non in vrgenti: quia perpe-

tuum magis eſt, purgare turgentes, non ita perpetuum, purgare vrgentes: quia ſæpius mixti ſunt cum ſanguine, & cedunt feliciter ſanguinis miſſioni: tamen ob id non negauit deberi purgationem vrgentibus benè ſeparatis à conſortio ſanguinis. Non certè nouum eſt in Hippoc. ſub vno exemplo aliud intelligere, quòd habeat ſimilem rationem. At vrgens quam ſimilis cenſendus turgenti.

Pręterea, probatur noſtra ſententia. In turgentibus, expurgamus tribus de cauſis, atteſtante Gal. 4. aphor. 10. Primò, ne robur diſſoluatur. Secundò, ne febris augeatur. Tertiò, ne humor irruat in partem principem: quæ certe cauſæ omnes concurrunt in vrgenti ſupernatantia, vt per ſe patet: nam inſuperabiles humores ob ſuã malitiam, aut aliam prauam qualitatem, niſi in principio minorentur, increſcit maximè febris, diſſoluetur virtus, & pars princeps ab illabente humore fatiſcet, ita vt periculum futurum, quod eſt in turgentia actuali, iam ſit præſens in vrgentia iſta, de qua nobis eſt ſermo: loquimur enim

de

de purgatione, vt euacuatorium auxilium est, quia de hoc est dubitatio, nam de expurgatione, vt reuulsorium aliqui non dubitant, vt est videre in tract. de purg. Itaque asserimus, humores istos, licèt non fluant actu, sed quieti sint, esse vacuandos, propter tres illas causas, quæ in turgentia inueniuntur.

DE PVRGATIONE *reuulsoria.*

SEd contra illos, qui etiam negant reuulsionis gratia esse purgandos humores crudos, extant plures, & euidentes rationes apud Auicennistas, c. de curatione phrenitidis, etiam ex mente Gal. vbi probatum est, in ipso primo insultu incipientis phrenitidis à sincera bile, à sanguine segregata, neque sanguine peccante, esse exhibendum medicamentum expurgans. Aliqui vero ad pauca respicientes, in omnibus febribus, & in omni incipiente morbo, reuellere à foco putredinis per sanguinis detractionem semper contendunt.

Neque

Neque illis sufficit autoritas Gal. lib. 1. de compos. medic. per loca, vbi statim in alopecia pituitam, & vtramque bilem, & idem facit in manantibus capitis vlceribus, expurgat. & li. 2. in dolore capitis, & 13. method. plures oculorum inflammationes vno die sanasse dicit expurgatione.

Idem Hipp. 4. acut. 64. Hos si ab initio purgare volueris, ante diem quintum facito: quod in fracturis, & vulneribus fecit. & Galen. 4. method. Ergo humorum cruditas nullo modo impedit, aut vacuare, aut reuellere, dum adest vrgentia.

Sed dubitas ex trito satis loco. Cruda passio non cedit, &c. Hippoc. 4. acut. 22. eius verba sunt. *Quicumq; verò ea quæ inflammata sunt, medicamentis soluere conantur, statim per morborum initia, ij non solum ab incensa, inflammataq; parte nil adimũt, cùm non cedat, obsequaturque, quæ cruda adhuc est affectio: verum quoque, & quæ morbo resistentia, & sana sunt, absumunt, contabefaciuntque, ductoque ad imbecillitatem corpore morbus superior euadit, qui vbi*

bi corpus vicerit, remedium non habet.

Tyrones hanc ſententiam maximè contrariam putant his, quæ diximus de purgatione reuulſoria, in phrenitide, & alijs ſimilibus affectibus, & aliquid probat contra vacuatoriam, quando licèt non ſit inflammatio particularis, ſunt ſaltem crudi ſucci.

Sed non obſtat, nec contrariatur Hippocrat. noſtræ ſententiæ, quam ipſius eſſe putamus. Dico in iſto textu prohiberi purgationẽ in affectibus inflammatorijs hypochondriorum, nõ in alijs, vrgente neceſſitate. Explico, quia in text. 21. antecedenti, & hoc 22. expreſſè loquitur de inflammatione iecoris, vel aliarum partium ſub ſepto tranſverſo, in quibus pernicioſá dicit purgationẽ in principio, & pręferendam eſſe ſanguinis miſſionem, & ex arte quidem: ipſe enim præceperat vias debere eſſe patulas, vt purgentur humores. Sed quomodo erunt patulę, ſi compreſsæ, & doloroſę à partibus inflammatis? Quo pacto non increſcet inflammatio, ſi à toto corpore fiat tractio humoris ad partes inflammatas?

matas? Est itaque insigne impedimẽtum inflammatio hypochondriorum; atque ita ad sanguinis missionem est recurrendum statim.

Quia, & si alias esset causa sincera, & supernatans, & omninò separata à sanguine, quæ peteret purgationem, tamen ad euitandum maius periculũ, debet reuulsio fieri per venas, quia neutiquam per ventrem fieri potest: reuellitur etiam simul aliquid humoris peccantis. Ita fuit mens Hippocr. text 21. & 22. citatis.

At in principijs aliarum inflammationum, cerebri, & thoracis, temperari debet ista doctrina, secundum Gal. 2. aphoris. 23. Cerebro inflammato, aut pulmone, in ipso primo insultu, &c. Aliquando opus erit incipere à purgatione (nota aliquando) si concurrant omnes indicationes, & scopi purgationis; tamen vt plurimum incipiendum est à sanguinis detractione. Ita Galen. inchoantibus morbis, si quid tibi videtur mouendum, moue, præcipuè per sanguinis missionem, nonnunquam purgationẽ: & idem confirmat in pleuritide descendente. 2. acut.

cut. Igitur Hippoc. consuluit, quod sępius faciendum est: sed non negat, quòd aliquando sit exequendũ aliud.

Sed notandum (relictis hypochondriorum inflammationibus) quod quando Hippoc. negat, medicamenta purgantia, crudo existente tumore, id fecit respectu humoris cõtenti in parte: ille siquidem neutiquam cedit, vsque dum, aut manus chirurgica accedat, aut medicamentis resoluentibus exhalet, aut aliam terminationem suscipiat: tamen respectu humorum, qui sunt in fluxu, & tendentia ad partem affectam obsidendam, quis dubitat posse aliquando exhiberi pharmacum, præsertim si venæ sectio aliqua præcesserit, quæ venas melius dispo- nat ad compressiones? Quod docuit Galen. lib. de ren. affe. & id fortasse insinuauit Hippoc. quando dixit loco cit. 4. de ratione victus, text. 21. *Nam venæ sectio in his præferenda venit.* At si post venæ sectionem imminet manifestum vitæ periculum, nisi copia praui, & superuacanei humoris expurgetur, qui neque clysteribus potuit deponi, in tali euentu, melius est pericli-

riclitari cum ægroto, & pharmacum exhibere.

Et quod hæc fuerit Hippo. mens, colligi poteſt ex lib. de medicamentis expurgãtibus, vbi non minus nos reddit formidoloſos ad expurgãdum ante declinationem, & ſæpius nocere inquit. Tamen ibidem ſubdit. *Si die purgationis ſuperſtes permanſerit, & vna cum purgatione remittat febris, ſanus fit.* Quibus verbis duo apertè inſinuat, & purgationem poſſe fieri, & poſſe prodeſſe. Qui locus mihi videtur ſingularis, ad exiſtimandum in vrgentia (de qua eſt præſens ſermo) Hip. pharmacum exhibuiſſe minoratiuum: nam primo agit de febribus acutis. Secundò poſtquam timuit, aut abſtinuit à purgatione: ait tertiò (ſi die purgationis ſuperſtes ſit æger) explicans in magno periculo conſtitutum ægrum bibiſſe pharmacum, & profuiſſe. Ergo iniquum eſt non tentare illud auxilium, quod in ſimili periculo vnicum reſtat;

Quod etiam docuit ipſe Hippo. lib. de locis in homine, ſic ſcribens. *Cùm enim morbus periculoſiſſimus ſit, in his peri-*

periclitari oportet; si enim successerit, sanum facies, sin minus, quod etiam aliàs futurum erat, id ipsum perpetitur; quá sententiam Celsus fere transtulit.

CAP. XIII.

Locus Hippoc. expenditur lib. de humoribus. Animaduersio in Gal.

OFfert se locus difficilis Hippoc. lib. de humor. com. 2. text. 21. talia eius verba. *Multa autem purganda sunt, eaque non propè iudicationem, sed longius; raró autem in acutis multa ducenda sunt, in delassatis verò, totum.* Istum textum adduxi in scholis, cùm iuuenilis disputandi feruor vrgebat ad probandam minorationem humoris crudi, ex mente Hip. nunc maturius, & breuiter ponderabo mentem senis, & Gal. in comm.

Tres inuenio propositiones in isto textu. Prima est, multa purganda sunt, non propè iudicationem, sed longius. Secunda, raró in acutis multa ducenda. Tertia, in delassatis

autem totum. In quarum explicatione Gal. obſcuriorem reddit ſenſum. Ego non detorquebo, ſed iuxta principia Hipp. & Gal. explicabo, Prima propoſitio docet, eſſe purgandam multam humorum materiam, ſi opus fuerit, ſed non circa criſim: nam eſſet naturam à debito fine retrahere;& ſicut malum cenſetur, anticipari criſim, v.g. quę debebat fieri in ſeptimo, fieri in ſexto, quia videtur opus potius naturæ errantis, ita medicus erraret, ſi circa diem crisis pharmacum exhiberet. Quæ doctrina Hippo. illos notat, qui quaſi lege conducti, purgant die ſexto, ſi ſepti. ſit aliquid à natura mouendum. Ergo præcipit Hippoc. eſſe purgandum (ſi neceſſaria eſt purgatio) longè à iudicatione. Gal. hanc particulam (longius à iudicatione) explicat, à parte poſt, quaſi dicat: poſt criticum diem exſpectare debemus quid faciat natura, ſi non expellit, ars debet ſupplere. Certè duo habet difficilia ſententia hæc Gal. ¶ nam in commētario totus eſt in explicādo ordine facultatum, reſpectu criſis.

Con-

Concoctrix perficit suum munus, & peracta coctione, insurgit expultrix, quam vocat autorem, & causam crisis. Ergo si iam perfectè concocta est materia, & debet incipere expultrix, & nó incipit, vt quid debet exspectare medicus? Nonne timor est, ne aut humor iam concoctus in aliquem periculosum abscessum tendat, aut nouã putredine malignetur, cum vltra nequeat concoqui, neque nutrire? Ergo concocta purgare oportet, si natura non expellit.

Quorsum ergo Gal. illam particulam (longius à iudicatione) intelligit à parte post, id est, vt trãseãt multi dies post tempus iudicationi dicatum.

Sunt quidem diuersę facultates, coctrix, & expultrix, diuersis vtentes instrumentis, & potest esse vna fortis, & alia debilis, & consequenter erit necessarium, non longius differre purgationem desideratam, & cõuenientissimam naturæ, vt ipsa non mouente, moueas tu hora motus eius, aut paulo post

Tamen cùm illa particula (longius) habeat latitudinem, declarandus Gal.

iuxta prudentiam medici, vt cognoſcat, quando poteſt exſpectare, & quantum temporis: ſi enim timet, aut recurſum, aut malum abſceſſum, aut alia accidentia, ſtatim naturam pigram excitet, & ſecundùm tenorem virium concoctos humores purget.

Sed quare locum ita difficilem ſic relinquit? Quid eſt, multa expurganda? Quid eſt, multa ducenda in acutis raro? Quid eſt, in delaſſatis totum? Ego ſi me non fallit aſſidua Hippoc. & Gale. lectio, exiſtimo, in hoc textu habere etiam ſufficiens fundamẽtum purgationẽ minoratiuã, quę tã abſtruſam, et excellentem ſequitur. indicationem, vt ad ſolos eruditos pertineat executio: nec vellem medicos iuuenes, ſine maiorum cõſultatione, Hippocraticum hoc adire remediũ. Sed ad noſtrum textum.

Certum eſt, in iſtis tribus propoſitionibus loqui præceptorem noſtrum de morbis iudicabilibus abſolutè, ſed cum hac diſtinctione. In prima dicit, non esse purgandum circa iudicationem: iudicantur verò morbi acuti,

aut

aut ex decidentia tales. In secunda apertè loquitur de propriè acutis, siquidem dicit: in acutis rarò. In tertia, constituit delassatos, id est morbo acuto correptos, & delassatos, & vexatos à lassitudinibus morbosis. Sed accedo ad primam propositionem.

Multa sunt purganda longe à crisi, non quidẽ si natura coctis humoribus, cum dãno suo quiescit, vt dictum est: tũc enim medicus vacuare statim debet. Sed sensus Hippocr. est: si natura tardè, & lentè, aut diminutè expellit, debemus purgare: hoc tamen nõ possum perficere statim, sed ex spectare decet per aliquod tẽpus, et cõtẽplari, quomodo se habeat in sua paulatina vacuatione, quem fructum recipiat, an consummare valeat feliciter. Hæc autẽ consideratio locum habet in crisibus, quæ paulatim fiunt, & imperfectè: de his asserit Gale. longe à iudicatione esse ab arte supplendas, quia prius debemus experiri naturæ motum.

Sed quare illa prima propositio nõ possit ĩtelligi de purgatione minoratiua, quę in pricipio morborũ adhibetur

 quan-

quando materia eſt cruda, aut ob nimiam quantitatem, aut ob prauam qualitatem inuincibilem? Oſtendo poſſe ſic explicari, nam hæc eſt, quam reuera nobis propoſuit Hipp. quando dixit. Inchoantibus morbis, ſi quid tibi videtur mouendum, moue, vt etiam Gal. in com. Hæc eſt etiam, quæ lõgius ſolet diſtare à tempore iudicationis: imò, et quæ ſi futura eſt iudicatio, ad illam diſponit, ſicut de ſanguinis miſſione dicere ſolemus. Ergo ſicut Galen. inſinuat, longius à iudicatione, à parte poſt, multo melius venit explicandus textus, longius à criſi: id eſt in principio morbi; hoc ſiquidem tempus longius diſtat à iudicatione, & tantum abeſt, vt turbet naturam, aut diſtrahat, quin potius purgata materia peccãte, felicius aggreditur expultrix incoctiles, & concoctrix coctiles.

Secũdò, quia hæc purgatio, de qua in prima propoſitione, non verſatur circa turgentes, vt per ſe patet: nam vel ex mente, & explicatione Gal. ſolũ in ſecunda propoſitione agit Hipp. de turgentibus, quando dicit: *In accutis*

cutis rarò. Quæ verba ſunt ex aphor. vbi clare agit de turgentibus, cũ præmeditatione purgandis, quia rarò turgent. Neq; dicendum eſt, verſari circa concoctos: patet, nam longè ante iudicationem non ſunt humores perfectè euicti, & cocti. Coctiones iudicij celeritatem, & ſecuritatem oſtédunt. Præcedunt ergo. Igitur quando Hippoc. dicit: *longè à iudicatione eſt expurgandum*, manifeſtè loquitur de cruda materia, quæ non poteſt coqui, ſi tota relinquatur viribus naturæ. Si iam incipit concoquere, & feliciter pergit, quis turbare auſus fuerit? Ergo loquitur de tempore, cruditatis, longè à iudicatione.

Secunda propoſitio facilè explicatur à Gal. (*in acutis rarò*) præcipit ſcilicet, purgandum *in acutis*, ſi materia turget: rarò verò turget. 2

Tertia propoſitio mutat ordinem, quantum ad ſpeciẽ auxilij, & quantum ad menſuram vacuandi. Loquebatur in duabus primis, de purgatione, & loquitur iu tertia de delaſſatis, id eſt, maximè à laſſitudinibus vexatis, morbo magno correptis: indicant 3

verò tales magnæ laſſitudines magnam quantitatem humorū, vel rumpentiū vaſa, vel vires opprimentum (quæ ſunt duæ ſpecies plenitudinis) in his dicit eſſe vacuandum totum humorem: quia plenitudo ad vaſa tam magnam poſcit vacuationem: imò illam exercuit Galen. ad animi deliquium. In alia verò, quæ ad vires, etiā totum vacuandum humorem, qui premit, vſque dum vires victrices maneant, & ſuperiores, antequam adueniat corruptela. Scis quod vtraq; plenitudo, vt ſic, & abſolutè, caret vitio, ſed ea quæ ad vires, paruo tempore durat: quin tendit in corruptionem. Ergo in vtraque totum humorē ſuperantem præcipit euacuari: in ea quæ ad vaſa, ne illa mala, quæ timentur, adueniant: in ea quæ ad vires, ne corruptela incipiat, & ſerpat.

CAP. XIV.

Claritatis gratia communes obiectiones diſſoluuntur, propter ſcholaſticos, licèt ex dictis clareſcant.

1 DIces. Natura nō euacuat in principio. Ergo nec medicus eius imi-

imitator. Dico, quòd medicus optimus est imitator naturæ, & ob id purgat aliquando in principio: quia natura ipsa id solet facere cùm afflicta, & oppressa est, & hoc quidē cum magna vtilitate. Ille aphor. famosus, in perturbationibus ventris, & vomitibus sponte factis, &c. de omnibus loquitur vacuationibus factis à natura, aut in augmēto, aut in statu: & omnibus communis est vna, & inuiolabilis regula, vt si talia, qualia debent purgari, purgentur, censenda sit optima, & laudabilis vacuatio, quātum attinet præcisè ad talem vacuationem. Ergo medicus optimus imitatur naturam in simili periculo.

Ad secundum dico. Si humores sunt quieti, debent vacuari, quando fallaci quiete quiescunt; maius enim damnum succrescit naturæ ex illa falsa quiete, siquidem patitur cum vitæ periculo, & nil agit. 2

Ad tertium. Quādo purgamus humores ita crudos, illos educimus, non bonos. Duæ concurrunt causæ, vt sic fiat, quia medicamentum malos trahit, non bonos, & expultrix, ma- 3

los ſequitur, retentrix, bonos retinet. Hic eſt ordo naturæ.

4 Ad quartum diximus, naturam eſſe adminiculantẽ, ſimilia appetentem, & turgentem in actu primo: ſolum deficit conditio ex parte paſſi, vt minoratione fiat, quod reſtat, magis obediens.

5 Ad quintum dico, humores eſſe trahibiles à medicamento, quamuis ſint alijs mixti. Rideo quando tales audio illationes, quaſi fuiſſent amiſſæ, & corruptæ ſimilitudines inter trahens, & tractum: intellige, quod licet malus humor cum bono ſit mixtus, trahitur à medicamento: quia attingitur à qualitate illa motiua, quæ fluit à medicamento, & hoc ſufficit; attingitur malus, & alienus, bonus, quia non peccat, retinetur à viuenti. Præterea attende, quòd per illam quam vocas mixtionem, non deperditur forma humoris, aut ſimilitudo cum medicamẽto. Ergo quis prohibet trahi?

6 Ad ſextum dico, quòd vt natura ſolet per malos abſceſſus in mortem tendere, ita per euacuationes ſympro-

ptomaticas dictas, solet salutem recuperare, vt multi ægroti apud Hip. suprà relati. Nos ęmulamur naturam rectè operantem, non sinistrè.

Ad septimum, nomine turgentiũ, subintellexit vrgentes: eandem siquidem habent, aut maiorem efficaciam in indicando, ac turgentes: nam turgentes, aut cucurbitulis, aut potionibus frigidis frænamus, aut coercemus, & fieri potest, vt clystere ad inferna ducamus; vrgentes verò, & fallaciter quiescentes, sola vacuatio deturbat. 7

Ad octauum dico. Etiam medicus rarò per initia debet purganti minoratiuo vti: quando, scilicet, viderit indicationes sufficiẽtes ex signis multorum, aut malorum humorum distantium à natura sanguinis, aut tam mala qualitate affectorum, vt natura non coquens succumbat. 8

Ad nonum, omnes contrarij textus intelliguntur extra vrgentiam, cum illis vrinis tenuibus, et nebulosis. Si non adsint signa vrgentiæ prædictæ, non est purgandũ, sed clistere vtendũ. 9

Ad decimũ, idẽ dico, pro fluuia ve- 10

rò sanguinis in principio, si morbus non sit ex sanguine, rectè damnat Gal. 1. de Cril. cap. 8. At verò si morbus oritur à causa sanguinea, confert, euacuata eadem specie humoris peccantis. A similibus profluuijs didicit Gal. mittere sanguinem in principio, ad animi vsque deliquium; si verò profluuium sanguinis accidit in morbo purè bilioso, aut melancholico, erit malum, vt signum, et vt causa. Hanc regulã accipe ad omnes similes obiectiones textuales explicandas, vt tantum deflectat euacuatio à bonitate, quantum discedit, à specie humoris peccantis. Ad pensum vacuationis mutantur vires, si vacuatur quale oportet, roborantur, si è contra, fatiscunt. Ergo si aliqua vacuatio est symptomatica, erit quoad tempus, quia fit in principio: si tamen euacuat talia, qualia oportet, non est detestanda, quia causa salutis existere potest, & ideo aliquando in aliqua necessitate vrgentiæ meritò imitanda.

11 Ad vndecimum, ille locus Gal. sæpius explicatus est. Omnes vacuationes in principio non sunt ex le-

ge

ge naturæ regulariter operantis. Concedimus libenter: ſed quæ nunquam deficit in necessarijs, prouidit ſapienter, vt ſi aliquando premeretur, apponeret conatum ante coctionem, vt expelleret inimicum, quem tolerare poſtea non poterit. Et ita omnes Gal. authoritates ſemper intelligūtur, ſolum attendendo vim cauſæ morbificæ, vt ſigna dant ſuæ violentiæ: tamen neutiquam ſunt à natura merè errante, ſed proficiente in melius.

Quis dixit, quòd tales euacuationes ſūt opera cauſarum morboſarum? Aſſerendum eſt (vt explicemus Gal.) eſſe opera naturæ vitalis læſę, et irritatæ, ſed talia qualia oportet excernentis, et properantis, licet per labores, ad ſalutem. Debebat contemplari Gal. quod ipſe docuerat in lib. de diff. morb. & ſympt. cùm philoſophū agebat. Coctio in nocitiuo, id eſt, coctio, qua per febres humor putridus reducitur ad benignum, actio ſymptomatica eſt: quia læſa à principio læſo. An ob id nō habet leges natura? Habet quidem, & ad finem bonum conſequendū, vt illā adiuuemus oportet. Ita

vacua-

vacuatio symptomatica, quæ per morbos fit à natura, actio est ipsius naturę, sed læsæ, per quam si trudit quod stimulat, imitanda, laudanda.

Ad 12. de atra bile, nil nouũ inuenit Gal. in com. 22. 4. sect. Aphor. nam existimat, quòd sicut malum est alios humores excerni in principio morbi, ita dicendum de atra bile. Sed nos iam explicuimus, quo pacto istæ vacuationes malæ sint, et quando bonæ: forsan atra bilis hoc habet peculiare, illa scilicet, quæ propter igneam vim assata, et terram fermentat, et muscas fugat, inter alios humores, maximè naturam irritat, stimulat, et labefactat. Quare quãuis euacuata causetur bonũ aliquod: sed ita dilaceratam relinquit naturam, ob effręnem conditionem, vt significet magnas internas intemperies. Sed hoc non tollit purgationem artificiosã, nam artifex si tam effrænẽ succum debet mouere, miscebit potioni, quæ roborent, deliniant, et demulceãt tã acres qualitates, ne motus peiora inducat. At speramus semper maiorẽ vtilitatem, quam damnum.

Ad 13. dic, rectè Celsũ dixisse. Nã sangui-

ſanguinem mittimus, non ſolum in abundantia ſanguinis, ſed in vitio eius: neque ſolum in vitio eius proprio, ſed etiam in illo, quod reſultat ex miſcella aliorum prauorum humorū cum ſanguine. At purgatio ſemper reſpicit humores diuerſos ſeparatos, & ſupernatantes, alienos à natura ſanguinis, ſua qualitate moleſtantes.

Dubitas rurſus de foco putredinis, quia focus adeſt in omnibus febribus putridis: atque cùm in illo ſint humores putreſcentes, & magna caloris inintenſio, cuius ratione trahit, confluuntque de nouo humores, ſanguinis miſſio ſemper exercenda erit: nam valet vacuare aliquid, quod in foco continetur, & reuellere quod fluit.

Dico, focum eſſe multiplicem, & varium, quia nil eſt aliud, quàm id quod fouet, aut conſeruat febrem putridam: hæc poteſt conſeruari ab aliqua intemperie calida iecoris, generãtis copiam bilis præternaturalis. Erit ergo focus iecur ipſum, vt contingere poteſt in aliqua tertiana exquiſita, quæ licet ſeptem periodis terminetur, ſi tamē calida iecoris intemperies duret,

ret, suppeditans materiam, vltra prædictos terminos progredietur. Obstructio etiam est focus, qui comitem habet prohibitam ventilationem putredinem, & tandem febrem conseruat. Quæ relinquuntur in morbis, recidiuas facere cõsueuerunt (partes, scilicet, humoris crudi non victi, qui aliquando nec obstructionem, nec sensibilem facit intemperiem) talis humor focus putredinis est: quia in eo resident seminaria putredinis, in diem recidiuæ custodita, quasi ignis consopitus, & cineribus obentus. Istæ verò, & si quæ aliæ sunt focorum differentiæ, solent inueniri seorsum, & simul, & in diuersis corporis partibus: nam in prima, & secunda, & tertia regione. Quorum omnium explicatio ad libros pertinet de febribus.

His suppositis, constat idem esse dicendum ad istã dubitatiouem, quòd in superioribus ostendimus: semper inspiciendam speciem propriã causæ humoralis, vt species eligatur vacuationis. Focus solam bilem retinet? Reuellendam, aut vacuandam bilem indicat. Solam melancholiam conseruat

seruat

ſeruat? (vt lien in quartanis) Hanc deturbandam dicit. Sola intemperies continua generatione morbum fouet? Duplici manu vtendum eſſe ſuadet: nã attemperari pars deſiderat, & productum expelli.

Crudi ſucci ſeminaria relicta, ſi optimo victu non poſſunt corrigi, purgationem acclamant. Vide iam omnes focos humorum ſincerorum citra ſãguinis miſſionem aboleri. Sed qualis ſit focus in febribus ſanguineis, aut continentibus, non pertinet ad hunc locum: quia agimus nunc de febribus pendẽtibus a ſinceris humoribus, citra ſanguinis miſcellam, quæ ex neceſſitate debẽt habere ſimiles focos, auerſantes ſanguinis detractionem. Sed maximè notandum, quòd licet cœperit febris, (vt ſæpe contingit) cum ſanguinis pręſentia, tamen poſt ablatam omnem quantitatem ſanguinis peccantis, perſeuerante putredine, remanent iam humores ita alieni, vt focus mutatus ſit; nam antea erat focus humorum ſimul cum ſanguine, ſed poſt plures venæ ſectiones, & intenſiorem putredinem, eſt focus ſincero-

rorum, & separatorum humorum putrescentium. Ergo distingue focos, & distingues curationem.

14 Ad decimum quartum, dices. Si focus cõsistit solum in quadam ignea intemperie iecoris, quę fouet, & conseruat accessiones tertianas, generatione continua portionis bilis præternaturalis, nonne post purgationem attemperabis, potionibus vtilibus, syrupis, aut apozemate facto ex arte, aut balneo partiali, aut inunctionibus, & victu attemperante? Quid habet sanguinis detractio cũ attemperatione simplici, quæ debet fieri per se, & non ex accidenti? Morbos debes curare per contraria; nunquam curationem ita ridiculam inuenies in medicinæ parentibus, vt sanguine non peccante, dicant esse attemperandum iecur sanguine detracto. Illud saltem inuenies, existentibus scopis sanguinis missionis, consequi etiam, vt tẽperetur corpus. Hoc dico de foco cõsistente in sola intemperie, quia nunquam indicat per se sanguinis detractionem, nisi cum alio vero exposcente coniungatur. At si cùm intemperie

ie complicetur obſtructio, clarum
ſt eſſe agendum cum obſtructio-
e ſimul, illam reſerando, humoribus
raſſis attenuatis, viſcidis inciſis: non
amen ſemper pendet obſtructio ab
umoribus expoſcentibus ſanguinis
letractionem. Atque ita falſum eſt fo-
cum putredinis ſemper petere talem
acuationem, ſed illa, quæ obſtructio-
ni, & putredini contrariantur. His
amen abſolutis, expendere oportet,
quid ſentiendum de humoribus inco-
ſtilibus, quales ſint, an aliqui verè ta-
es dicantur.

CAP. XIV.

De humoribus incoctilibus in ſpeciali.

IN ſuperioribus diximus, eam cru-
ditatem humorum ſupernatantiū
xpoſcere purgationem, quæ naturam
ta vexat, vt niſi ſtatim aliquid depo-
amus, periculum vitæ immineat,
uæ doctrina videtur vniuerſalis. Cō-
onum eſt videamus impedimenta,
articularia, quæ ſunt ex parte
humo-

humorum: & primò enumerare conuenit, & distinguere differentias humorum incoctilium, vt hinc ponderemus, an sint, aut non sint impedimenta ad purgationem moliendam.

1 Primò, humores possunt esse incoctiles largo modo, ob solam quantitatem nimiam, quam dispositionem voco respectiuam, quia in ordine ad vires tales dicuntur; nam si minuantur, natura feliciter aggreditur superare quòd restat, vt si tanta sit copia bilis, aut pituitæ, aut alterius humoris, qui sanguis non sit.

2 Secundò sunt aliquæ substantiæ ex propria natura incoctiles, vt lapides: ita tumores cancrosi, aut schirrosi, nõ possunt concoqui, aut maturari, quia ex natiua conditione, & mixtione, humores contenti sunt incapaces talis beneficij. Quæ doctrina ex 4. Meteor. clarescet; non enim omne mixtum est coctile, sicut non omne est friabile.

Ad istam secundam differentiam reduco venena insuperabilia à nostra natura, & humores taliter venenatos: nam tales substantiæ non per motum proprium coctionis, sed diuerso mo-

do

do aut vincuntur, aut extirpantur.

Tertiam differentiã conſtituo quorundam humorum talis naturæ, vt licet aliquem gradum coctionis recipiant, tamen ita tardè ad perfectam deuenire poſſunt, vt priùs æger ab accidentibus, & morbo periclitetur. 5

Quarta differentia illorum humorum cenſenda, qui, licet ſuperentur, & coquantur à noſtro calore, tamen vapores qui eleuantur, dum coctio fit, partes principes maximo afficiũt periculo. Qui hęc non contemplatur, relinquit naturã, dicẽdo. Agitur coctio, non eſt turbanda, iam vacuationes ſanguinis factæ ſunt, nunc quieſcere oportet. O fallax conſilium. Notandum ergo, quòd non ſufficit vt coctio fiat, ſed quòd ſecurè, ſine lethali damno partium principum. 4

Sed dicet aliquis. Impediri poſſunt vapores ne occupẽt caput, aut cor, repercusſiuis, frictionibus, & alijs auxilijs.

Aduertas obſecro, & rem grauiſſimam audi. Non loquimur de morbis à toto genere ſalubribus, ſed de his, in quorum cauſa latitat pernicies, & cõſequen-

ſequenter periculum vitæ. Contingit
ergo vt talis cauſa humoralis agitata
per coctionem, emittat partes quaſdā
vaporoſas, aut tenues, in quibus ma-
litia exiſtebat, non in mediocribus, aut
craſſis; medicus verò contemplatur
ſigna coctionis in his, & non videt te-
nues malignam qualitatem eleuare,
& quaſi in plauſtro ferre vſque ad in-
timiora membrorum nobilium. Si re-
percusſiuis vteris, forſan craſſeſcēt, &
detinebuntur in membro, aut retro-
cedent ad maius damnum: ſi cucurbi-
tulis, parum, aut nil proderis, nam
coctionem plus retardabis, calore
auocato, & non attinges partes vapo-
roſas, quæ internas vacuitates perua-
gantur, & interim dum in hoc labo-
ras, aut phreniticus, aut ſyncopticus,
aut lethargicus fit æger. Igitur tales
humores vocamus incoctiles, in hac
ſignificatione: quia ſi ſperamus perfe-
ctum ſtatum, & terminum coctionis,
priùs multo peribit æger, ob pericula
quæ ſequentur in actu prædictę actio-
nis coctricis: nam licèt coctio emen-
det putredinem in vna parte capaci,
in alia non potuit.

Sed

Sed dubitas: nam in hoc casu non oportet agere cum humoribus, qui coquuntur, sed cum tenuibus, qui eleuantur, celebrabiturque aliqua reuulsio, non tamen vera euacuatio.

Rectè dubitas. Sed notandum, quòd ex arte euacuandi sunt tales humores minoratiuè, & est vacuatio per se: ex accidenti verò retractio à principibus membris: quia inspicimus primò caussam ipsam totalem, quæ cum periculo coquitur, & secundariò partes, quæ separantur, & eleuantur, malitiam deferentes. Non equidem aliter possumus tollere prauum effectũ talis coctionis, nisi minuamus tales humores, & per regiones ducamus maximè contrarias, & longinquas à partibus principibus. Quam plures liberati sunt hoc consilio: erant satis vacuati per sanguinis missionem ante septimum, in hoc die apparebant coctiones, sed cum periculo partium principum, & in octauo, aut decimo, aut alio die securo, secundum speciem morbi, manuducebamus humorem decocto communi cordiali purgante, mixto cum syrupo borraginis. Putabant

bant infirmus,& assistentes quotidianum esse syrupum, & ad vesperam deiectionibus leuatus,salutari fallaciæ gratias agebat,& extollebat auxilium.

Alia differentia potest considerari in hunc modum. Quando diuersitas adest humorum, & quidã efficientes febrem, qui tardè coquuntur, alij verò praui,qui solent misceri cum semicoctis, in malaque terribilia ægrotũ deducunt: equidem humores isti ex sua natura coctiles sunt (illi scilicet, qui causantur febrẽ) tamen quia dum coctiò fit lentè, & tardè, periculum est ne alij prauiores misceantur,ad maiora damna causanda, consonum erit, non exspectare vlteriorẽ coctionem. Ad istas quatuor differentias possunt aliæ, (si quæ sunt) reduci.

Tamen dubium est, quid sentiendũ de serosis, & tenuibus: nam Galenus statim in principio illos pręcipit expurgare, lib. quos & quando. Ex quo loco maximum colligimus argumentum ad fundandam minoratiuam purgationem, cruda existente materia: nam si humores peccantes sunt tenues, & serosi, cur non erunt euacuandi?

di: quod vt exactius consideretur, ali qua præmittenda sunt.

CAP. XVI.

Quas coctiones considerauit Hippoc. in humoribus.

COmprimo sermonem ad quasdã alterationes, quibus nostra temperies ab anima gubernata, emendat, & corrigit humores discordes, & prę-ternaturales, aut perficit alimenta in ordine ad nutritionem. Has duas coctionis differentias primus docuit Hippoc. nam lib. de natura pueri dicebat. *Fructus coqui adiutos à calore Solis*: quibus verbis, illam perfectissimam coctionem, quæ maturatio dicitur, insinuauit. Aliam subiunxit minus perfectam, dicens, primo Epidem. *Coctiones excrementorum semper esse bonas*: à quo Arist. mutuatus 4. metheo. dicebat. *Coctio alia formã respicit, alia formam quandam, qualis n vrina apparet, & in pure.*

Vbi notandum, victoriam hanc naturæ, quàm in excrementis manifestat,

nil esse aliud, quam omnium qualitatũ prauarum, quoad fieri potest, amotionem, aut reductionem ad similitudinem qualitatum residentium in solidis membris, quò fit, vt hęc coctio semper ea quæ coquuntur dulcoret, & demulceat. Ita Hipp. lib. de locis in homine, quasi diceret: omnem alienam abigit qualitatem, & quoad licet, reddit propinquius naturę. Omne siquidem quod nutriturum est, sub ratione dulcis alere debet, vt dixerat Arist. quòd memini me declarasse: nõ quòd necessariò sit dulce, sed nomine dulcis intelligendum, nostræ naturæ familiare, & carens inimica qualitate, & incoctili. Quod etiam docuerat Hipp. lib. 4. de morb. dicens. *Alimẽtum hominis debere esse leue*: quasi diceret suaue, familiare, subiicibile, mitigabile: quòd alijs verbis explicuit 3. acutor. *Malitiam coctorum tollit.*

Quam doctrinam numquam Gale. deseruit: siquidem 2. acut. text. 44. inquit. *Cruda bilis flaua admodum est, & acris, & male olens*. &c. Vnde acrimoniam coqui dicere consueuit, vt li. 1. prorrhet. com. 1. Quod à diui-

no

no Hipp. desumpsit. lib. de veteri medicina, sic mirabiliter dicente. *Quanto autem tempore bilis eleuata fuerit, & cruda, & meraca, ac intemperata, nulla arte, neque dolores, neque febres sedare possis, &c.*

Iam vides ex Hippo. coctionem illam perfectissimam, quæ maturatio fructuum est, cui correspondet perfectio alimenti optimi, quam acquirunt perfecta assimilatione ad nostra mēbra alenda: & secundò, aliam alterationem, quæ coctio etiam nominatur, qua humores domantur, & deliniuntur, ablatis extremis qualitatibus, ad quendam teporem, & remissionem deducti: sed non ad vltimam illam, & perfectam maturationem, ob incapacitatem passi, sed ad quandam mensuram vt possint subijci, facultati expultrici.

Hac doctrina Hippocratica supposita, dubitari potest in scholis, & consultationibus curatiuis.

CAP. XVII.

An humores serosi, & tenues, ex propria conditione sint apti in principijs morborum ad purgationem, nulla exspectata coctione, an verò impediant.

PVtant aliqui serosos humores esse incoctiles ex propria natura, quia aquei: nam vt aqua non est coctilis, quia nō est mixtum, sed corpus quoddam simplex, carens oppositis patibilibus, quę sunt materia coctionis, eadem ratione, & serosi humores, quia aquei. Colligunt autem hoc ex Aristotele 4. meteor.

A posteriori etiam, quia quæ coctionem subeunt, crassiora euadunt, & aqua tota in vaporem vertitur vi caloris.

3 Confirmant ex Gale. lib. quos & quando. cap. 7. cuius verba. *At hæc omnia etiam tempus monstrabunt, siquidem inter initia morbi, tenues & aquosos humores euacuabis, vbi tenaces,*

ces, & crassi fuerint, quales suapte natura sunt pituita, & nigra bilis, cõcoctionem ex spectabis. Hæc Gal. Cui subscribit Aëtius lib. 3. cap. 23. Si ergo initio purgandi sunt tales humores, indicium est ex propria natura incoctiles putasse etiam Gale. qui semper cum Hipp. clamat, exspectandam coctionem.

Sed locus elegans Gale. id stabilire videtur lib. 2. de facult. nat. c. 9. cui tit. de generatione, & corruptione succorum, circa finem ait. *Verum seri genera omnia, quæ in succis habentur, sunt excrementa, purumque ab his esse postulat animalis corpus: reliqua verò, quæ prædicta sunt, vsum aliquem naturæ conferunt, & quod crassum est, & quod tenue*. Certè satis apertè docet, omne serum, quocũq; tempore, esse obiectum facultatis expellentis, cùm humanum corpus, vt sanum sit, ab illo esse liberum expostulet. Quod non diceret Gale. si aliquam coctionem ferre posset: expectaret si quidẽ, vt in alijs humoribus.

Alij autores putant, serosos statim vacuandos, non quia incoctiles sint

Contraria facilè dilues. Ad primum dic: serum non esse aquam, sed mixtū quoddam aqueum, poteſtque coctionem illam imperfectam ſubire: & ob id dixerat Ariſtotel. 4. meteo. omnis humor præter aquam igne craſſescit, & coct uram admittit.

Ad secundum, iam patet quid dicas, nam serum non eſt aqua, vt dictū eſt, & consequenter non totum vaporabile, sed vt mixtum aqueum (ſicut alij humores) corrigibile eſt & emendabile.

Ad tertium ex Gale. dic: non inde colligi ex illa autoritate serosos esse incoctiles, sed purgandos docuit citius, facta comparatione ad crassos; tùm propter suam fluxibilitatem, & maiorem obedientiam: tum etiam, quia sæpius contingit tenues purgari in principio, et felicius purgari, quàm crassos. Itaque noluit Gale. legem ſtatuere, qua semper seroſi succi in principio purgarentur, sed tantum inſinuauit, illorum purgationem facilem esse, respectu crassorum. Prætereà tenuium, et aquosorum promptitudinē ad irruendum in partes principes, re-

picorum? Quis ex spectat coctionem? Nullus.

Sed poterunt tales humores, vt supra diximus, aliquo modo demulceri, & subigi, aut viæ aperiri, per quas debent fluere, nisi aliud vrgeat.

Ad locum Galen. de facultat. nat. dico, nil afferre cōtra dicta. Est quidem omne serum excrementum, in quo conuenit cum omnibus humoribus putridis alienis à sanguine: sed differt, quia facilius vacuatur, & frequentius in morbi principio, ob rationes iam dictas.

CAP. XVIII.

Ea, quæ in habitu corporis, siue in tertia regione continentur, an, & quomodo impediant vacuationes?

DIces, nullam esse in re positam difficultatem: nam indicatione sumpta à situ, sicut contenta in ventriculo vomitum petunt, in intestinis, & caua hepatis, deiectiones, in venis, & gibba hepatis, vacuationem

per vrinas, aut venæ sectionem; ita quæ in carnoso ambitu extra venas continentur, per cutem extrahi desiderant, & ita nullum præstat impedimentum: imò è contra sanguinis missio, & expurgatio impedient talium humorum exitum, per retrocessum ad interna, & in magna pericula deuenire poterit æger.

Vndè Galen. 4. de sanit. tuend. cap. 6. *Cauere oportet, vbi in solidis partibus mordacia excrementa redundant, reuulsum ad interiora.* Quã sententiam Auicen. sequutus in cap. de phlebot. post perfectam variolarum apparitionem, abstinendum esse à venæ sectione dicit. Sed quid sentiendũ sit in hac dispositione, paucis aperiam.

1 Humores cõtenti in variolis, morbillis, tuberculis, pustulis, erysipelate, maculis malignis, & alijs quibuscumque huius census, existentes in genere carnoso, id est, extra venas capillares, per cutem euacuari desiderant, atque hæc illis est regio deputata à natura.

2 Atq; si complicētur cum lassitudine
nē

ne merè vlcerosa, quæ affectio est etiã tertiæ regionis (nullo modo læsa secunda) eandem etiam viam vacuationis desiderant. Vt quid (dicas mihi) violentia naturæ inferenda, reuocatis humoribus ad venulas, & inde ad maiores, atque mutato situ, de ignobili membro ad nobile?

Tamen sæpius solent ista exanthemata cum lassitudine phlegmonosa, tensiua, aut cum signis virtutis intus oppressæ complicari; quo casu venas vacuare sine dubio oportet. Primò, quia ad id, quod magis vrget intendendum. Secundò, quia putandum est ex venis sic repletis foueri etiam, quæ in tertia regione molestant, atque fieri posse (vt re vera cõtingit) vt neq; grauatę inte vnę partes propellãt, neq; externæ peculiaria excreméta deturbent. Itaq; in tali cõplicatione tertia regio oppressa, non repugnat, imò postulat venæ sectionẽ.

Sed maximè notandum, exire aliquando variolas, aut morbillos ita placidè cum febre, aut sine illa, vt error sit venam secare. Commoda regio est, nullum accidens vrget, neq;

ex pulsu, aut alio signo potest intelligi latitans malum. Quorsum sine vlla indicatione audet medicus turbare crisim? Quæ iudicantur, sinere oportet. Et in hoc casu intelligendus est Auicenna, quando dixit, non esse vacuandum apparentibus variolis; atque existimans quarto die incipere eruptionem, dicebat, post quartum non esse phlebotomandũ. Tamen hac nostra consideratione tẽperandus tantus autor, aliter falsum diceret.

Sed dubitas, an sicut prædicta intelliguntur de sanguinis missione, ita etiam mutatis mutandis, possint intelligi de purgatione? Petis omnia quæ supra dicta sunt de supernatantia. Sed vt omnem errandi occasionem tollamus, dico, breuibus quibusdam propositionibus rem coarctans.

Sanguis missus est in principio, ratione indicantium, & iam impetu incipit natura pellere ad cutim; sine obsecro parumper (vt facimus in alijs vacuationibus) ne mittas sanguinem, nec ex purges: quia quando natura est in illo primo impetu ad aliquam regionem, cùm maximo periculo illam

inter

interturbas, aut debilitas: habet sufficientes vires ad maculandam cutem, & tu illas debilitas, ne possit perficere vacuationem, & maneat intus venenum. Et hæc est potissima inter alias ratio, quare plures moriuntur ex febre puncticulari: quia nunquam cessas à sanguinis extractione, adhuc in ipso impetu exeuntium macularum, quia putas esse vacuationem simpliciter symptomaticam, & totum te conuertis ad internas partes inaniendas.

Cùm vides anxietates in ista excretione, putas iuuari naturam phlebotomia, & moues venenum ad cor, quòd à natura mouebatur ad cutem.

Ergo si in altera visitatione (oportet frequentissime visitare infirmum, vt faciebat Galenus) inueneris vnam, aut alteram tantummodo maculam, & ægrum conflictari, neque frictionibus, aut cucurbitulis leuari, bene vides non posse comprimi venas ad expellendum, debesque vacuare, & statim fricare. Ergo illę maculæ, aut variolæ, raræ, & paruulæ, & cum afflictione patientis, non impediunt, sed

postu-

poſtulant vacuationé per venas, quia adhuc vires grauantur, at ſi non grauantur, interius quid faciendum?

Dico in ſenibus, & debilibus non iuuandam eſſe iſtam vacuationem cutaneam, per apertionem venarum, ſed per cutis ſcarificationem. Eſt in ſenibus cutis dura, ſicut & compacta, propter ætatem, conuenietque ſcarificatio cutanea. Maximè certè timenda egritudo puncticularis in cute clauſa. Aperienda ergo: atque in debili virtute expultrice leuandus æger per attractricem ab arte. Parum pellunt internæ partes, attrahant externæ, vt impleatur dictum Hippocrat. ſecant homines lignum ſerra, alter trudit, alter trahit; ſic non patientur inſigniter vires, & venenata materia auertetur.

Duo mala facis vacuando ex venis, quando debes vacuare ex carnoſis partibus, debilitas cor, & cõfluunt ad illud humores maligni: quia inanitæ partes neceſſario recipiũt, mille rationibus Philoſophicis, quas nunc fugio.

5 Memini me cum Gentile quæſtionem excitaſſe, an in prædictis caſibus vena ſecta moueantur humores ad intima,

tima,

tima, an ad externa, fortiter affirmãtibus aliquibus, circa sciſſuram concurrere, non ad viſcera, & ita ad carnoſum genus trahi. Sed in hoc eſt maxima fallacia: nam depoſita omni plenitudine ad vires (vt ſupponimus) manent partes internæ deſtitutæ, & certò certius putandum diuidi humores, quoſdã motos ad ſciſſuram venę, & alios ad ſupplẽdum vacuum internum: atque cùm iſti praua ſint qualitate affecti, quis dubitat cor incidere in vrgentiora pericula? Itaque concedo Gentili, moueri aliquos ad venam ſciſſam, ſed affirmo reliquos replere vacuitates internas. & hinc pericula, & mortes in caſu prædicto.

6 Sed de purgatione diuerſa, & clariſſima ratio illuceſcit. Incipiunt apparere maculę, & cùm ſatisfeceris ſãguinis misſioni, medicamentum expurgans exhibuiſti, magnum errorem comiſiſti: quia licèt ſanguinis misſio erat rationibus dictis interdicta, habebat tamẽ illud fallax aſſylum, quòd mouebat humores ad ſciſſuram venæ. Tamen expurgatio facta à medicamento, nullam habet excuſationem:

omnino

omnino est contra artem, & contra naturam: quia adest motus ad circumferentiam, tu moues ad centrum: quãdo recedunt humores à corde, & visceribus, tu laboras, vt accedant ad vitæ principia.

7 Vndè, transacto die quarto, cotidie, mane, et vesperi inspicienda est *cutis*, vt si vnam solam maculam vides nouam, neutiquam cogites de purgatione: quia solum illud signum ex paruula macula (simul cum alijs) impedimentum sufficiens est ad expurgationem, quia indicat inceptum motum ad cutem.

Ex dictis satis aperta manent verba illa Gal. 4. de sanit tuend. *Cauere oportet, vbi in solidis partibus mordacia redundant excremẽta, reuulsum ad interiora.*

Sed dubitas, si initium eruptionis, vario larcũ, morbillorũq; aut aliorum similium, complicatur cum recenti, & insigni onere primæ regionis, à niue, & varijs alimentis grauatæ, quid faciendum?

Satis superque de simili argumento dictũ supra, & nunc dubitas, quasi nõ

habe-

haberes medicamenta taliter primæ regioni dicata, quæ neutiquam turbant ſecundam, nec reuulſionem illã, quam timet Galen. concitare valeant. Quãdo fortes clyſteres nõ ſufficiunt; non quidem ſi expurgatur prima regio ita onerata, reuelluntur humores venarum, & partium carnoſarum, ſed melius natura inſurgit, & melius cõprimit venas verſus cutaneam regionem; nam talis poteſt eſſe frigiditas primæ regionis, vt cor, & viſcera cõprimat, & ad ſyncopẽ deducat. Quo ergo pacto, vitales facultates poterũt aliam ſarcinam venarum superare, ſi coarctantur à prima.

CAP. XIX.

De morbis, qui impediunt magna auxilia.

SI de cauſis humoralibus impediẽtibus, aut menſurantibus vacuationes, aliquid reſtat, suspicor reduci poſſe ad ea quę dicta ſunt. Nunc ad morbos deueniendum: qua in parte, licet non omnes percurremus in ſpecie,

cie,

cie, tamen ex his poteris eandem methodum in aliјs ita exercere.

Morbi qui vacuationem valent impedire, alias ab alio affectu indicatam, aut sunt in intemperie, aut in compositione, aut soluta vnitate; ac morbos in intemperie, alios partis, aut totius statuere oportet. Quare similem considerationem in his habere possumus, ac in naturalibus intemperantiјs, in principio huius lucubrationis propositis.

In frigidis, et humidis intemperiebus, venę sectionem reformidamus. Primum quidem cordis, secundò, cerebri; tertiò, hepatis; quartò, ventris.

In calidis ac siccis morbis, purgationem magis timemus, ac præcipuè quidem ventriculi. Secundo hepatis; tertiò cordis: quartò cerebri, et renum, ob primum, aut vltimum medicamenti occursum, vt supra tactum est.

DVBIVM.

SEd meritò dubitas, quãdo est magis timenda vacuatio, in naturalibus partium intemperantiјs, an in mor-

morbosis. Ventriculus Petri est calidissimus à principijs generationis, aut iecur, et Ioannis est calidissimus ex vi morbi, in quo est magis timenda vacuatio? In eodem subiecto, etiam viget dubium.

Dico, distinctionem esse necessariã, quia diuersa potest esse ratio: nam si morbosa calida intemperies augetur propter purgationem, v.g. clarum est, citius tendere ægrum in mortem ex vi morbi, quàm si illa intemperies fuisset natiua, quia hæc tardiùs adducit periculum: nam discrasiæ ætatiuæ non ita celeriter intenduntur, ac morbosæ.

At è contra, si consideres difficultatem maximam, quam ars inuenit in attemperanda natiua inemperie, & facilitatem in attemperando excessu morboso, apertum est, esse magis timendam intensionem naturalis intẽperaturæ. Patet hæc philosophandi ratio: nam aduersus sensibiliter morbosam intemperiem, magis adiuuantia habemus principia vitalia, quàm aduersus intemperaturas congenitas ab ortu generationis: quia istæ plus

par-

participant de ratione habitus, qui difficulter tollitur.

CAP. XX.

De frigida, & humida vniuersi corporis intemperie, vbi iterum de hydrope.

IN superioribus, agẽtes de humoribus alienis à sanguine, decreuimus ex mente antiquitatis, quid sentiendum sit de frigidis, & humidis hydropicorum humoribus. Nunc redit eadem consideratio, quatenus morbus frigidus, & humidus vniuersalis, omnibus corporis partibus communis; frigida siquidem, & humida intemperies, fere hydropes omnes comitatur, & solet præcedere, relinquo siccam tympanitim. Cùm igitur febris putrida complicatur, quæ missionem sanguinis exposcat, satis est apertum, quantum obsit, & impediat prædictus morbus, quamuis ratione causæ suffocantis calorem, aliquando liceat venam pertundere, semper tamen cum metu, & moderatione, licèt

licèt putrida febris copiosam euacuationem exposcat: concurrunt enim in hac intemperie duo maxima impedimenta, quæ aut tollunt, aut parcissimè mensurant vacuationem, virium scilicet, imbecillitas, quæ necessario cum tali intemperie coniungitur: & secundo copia humorum crudorum, distantium magno interuallo à sanguinis natura, vt supra diffusè diximus. Igitur frigida, & humida intẽperies, quæ cachexiam inducit, id est, malum corporis habitum, declinantem ad frigidum, & humidum, & tãdem hydropicum, venæ sectionem prohibet, quantum est de se.

Vndè in superioribus satis explicatum manet, non esse mittendum sanguinem ratione hydropis, nisi fortè sequatur ad aliquam sanguinis retentionem, qui solebat vacuari, à qua calor suffocetur, & frigescat, diximusque talem sanguinis vacuationem felicius fieri in principio, antequam ex toto habitualis factus sit morbus. Et in hoc casu admittimus doctrinam Celsi lib. 3. cap. 22. & Paul. lib. 3. cap. 47. Quam limitationem Aetius

etiam

etiã ſequutus eſt. Sed Aui. Fen. 14. li. 3. tract. 4. cap. 12. de curat. cachexiæ, aiebat. *Et deuitent phlebotomiam, quãtum poſſibile eſt, & ſi fuerit neceſſaria propter repletionem ſanguinis, aude ſuper eam cum timore, & partire in diebus tribus, aut quatuor, & cùm plus eſt neceſſaria phlebotomia: & quando cauſa eſt ex retentione ſanguinis hæmorrhoidalis, aut menſtruorum, &c.* Quod ex Galen. mutuatus eſt de venæ ſectione cõtra Eraſiſt. ca. 6. ex Hipp. mente 2. epid. Sed videndus Galen. lib. de tremore, rigore & palpitatione. c. 5. Hæc volui addere ad caput de ſeroſa ſupernatantia.

Aliquis ad hoc caput reducet apoplexiam, paralyſim, tremorem, cõuulſionem, ſtuporem cum Galen. lib. aduerſus Eraſiſt. cap. 6. & lib. de differ. mor. cap. 5. Videntur tamen ad morbos in compoſitione poſſe reduci. Quare ad morbos in intemperie redeat oratio.

Frigidi igitur affectus ſanguinem detrahendum impediunt, quia ſanguine exhauſto ingraueſcunt, vt à remouente prohibens: ſanguis enim, &

ſpiritus

ſpiritus calefaciunt membra, & illis euacuatis,frigeſcunt. Eadem ratione ſiccæ intemperaturæ impediunt talem vacuationem, vt hectica, & maraſmus torridus, & alius qui ſenium ex morbo à Gal. conſueuit nominari. lib. de marcore, & ſanguinis miſſionem, & purgationem impediunt:nam ſiccitas augetur, & vires iam debiles, debiliores fiunt.

CAP. XXI.

De refrigeratis.

QVia iſta complicatio ſæpius contingit, claritatis gratia, per quaſdam propoſitiones procedam.

Omnis refrigeratio, abſolutè loquendo, impedit venæ ſectionem: quia hæc magis refrigerat, & morbũ frigidum auget (vt dictum eſt) ablato calfaciente.

Tamen in ſpecie loquendo, talia poſſunt complicari, vt non impediant venæ apertionem. Hæc propoſitio cõſtat ex loco, & modo refrigerationis, & ex his quæ ſequuntur:

nam

nam si sola cutis refrigeretur, & per clausos poros non possit exire debita copia excremetorum, clarum est accendi febrem, cui pro natura illius succurrendum venæ sectione (quamuis præmissa frictione) quia quod vrget est incendium internum, & refrigeratio potius fuit causa caloris, detẽto effluuio consueto: atque adeò non impedit, sed ex accidenti indicat vacuandum, quia indicat vrgentius malum internum.

Tamen si perfigeratio, non solum cutanea est, sed penetrans ad interna, & humores cõgelans, visceraq; refrigerans, talis dispositio omninò impedit venæ sectionem, per contrariam rationem duplicem. Primò, quia intemperies frigida augetur, Secundò, quia densati humores fluere non possunt ad sectam venam, quamuis aut multi, aut putridi sint: quem statum ex pulsus coarctatione, ex relatione causæ præcedentis, & ex doloribus internarum partium, ventriculi, lumborum, &c. cum sensu frigiditatis coniunctis cognoscemus.

Sed interrogas, quam ob causam frigus

frigus ante accessionem impedit venę sectionem? Aliqui enim, aut ignorantes, aut audaces, falso aliquo fundamento innixi, non dubitarunt in ipso principio accessionis sanguinem detrahere, & vitam cum morte commutare.

Dico, multiplici de causa tale frigus impedire sanguinis missionem, & purgationem. Primò, quia laborat maximè æger in illa humorum commotione, sufficitque diei malitia sua. Secundò, quia fugiens calidum influēs ad interna, maioris boni gratia, vt expellat scilicet, per loca destinata, aperta vena, cogitur exire violenter. Tertiò, quia illo tempore refrigerationis separat natura bonos à malis humoribus, malos, vt pellat longè à corde, bonos vt, amplectatur. Pellit autem secundum communem Gal. opinionem iam receptam, à vasis extra venas: in isto verò motu sanguinem detrahere, certum est exire optimum à venis, siquidē deturbat malos ad carnes. Quarto si ad pancreas pelluntur, vt Fernelius (in aliquibus) rectè putauit, bene vides, tunc sanguinem mitte-

re per venas, esse omninò lethale, expellente natura per vomitum, aut ventrem prauum humorem, & tentante malo artifice per venas, depuratum, & sincerum sanguinem effundere. Atq; quamuis gratis cõcedamus, etiam exire tunc prauum sanguinem, impossibile tamen est duos tam inordinatos motus tolerare naturam, ex quo cõtingere solet, vt in aliquam partem principé portio aliqua decumbat inæqualiter mota, aut virtus omninò fatiscat.

Purgationi obstant calidæ, & siccę intemperaturæ. Primò, quia purgantia medicamenta fere omnia calida, & sicca sunt. Secundò, quia ipsa vacuatio exsiccat.

Quando ergo talis est intemperantia, vt integram purgationem impediat, coniectare oportet, & comparationem facere inter vrgentiã affectus, & damnum, quod potest efficere remedium adhibitum: atque quando affectus vrgentissimus est, noxa verò vacuationis magna quidem, sed quæ mortem non afferat, læsio potius, quam mors est eligenda: vt aliquando dixit

Galen.

Galen. Atque hac in parte prudentia medici maximopere necessaria est, quæ recto iudicio, rectaque lance conferre possit noxam vnius cum periculo alterius; quod certè literis nequit mandari, omniumque eorum, quæ sunt in arte, censeo difficillimum Quod intelligens diuinus ille Hipp. initio. lib. de diebus decretorijs, dicebat. *Magnam artis partem esse, de his quæ rectè scripta sunt, posse considerationem facere, ac iudicare, &c.* Hoc verò iudicium, sine longa experientia, & obseruatione, & sine magna consideratione fieri non potest.

Igitur coniectura vsus exacta, si intellexeris affectum vacuatione nō integra, longo temporis spatio abolendum, existimo melius esse, morbi longitudinem eligere, quàm ob eius citam ablationem, in difficiliorem noxam incidere, aut partis, aut totius.

Interim alijs auxilijs naturam leuare oportet, vt addamus, quod deficit euacuationi, quam non potuisti facere integram, ob contraria indicantia; v.g. si sanguinem mittis parcissimè, ob frigidum cor, iecur, aut ventriculū

membra ista ante, & post vacuationẽ, mille quidem modis calfacere, & roborare solicita, quorum magnam copiã apud practicos inuenies. Et idem, quòd dico de partibus, intellige de toto.

De putrida febre cum hectica, aut marcore complicata, magna exorta controuersia est; nam cùm habitualis siccitas sanguine indigeat, & virtus essentialiter debilis sit, in magnam dubitationem veniunt medicorũ consilia.

Breuiter tamen dicam, quid sentiã, iuxta leges artis, si primo auferam nouum quemdam errorem, circa febres hecticas.

Ex rore putrescente febrem quandam constituunt aliqui, & non dubitant de mittendo sanguine, quia dicunt esse putridam, & nullo alio auxilio aboleri. Sed falluntur omninò; nam si talis febris datur, extra venas causam habet: quia & ros iam est alimentum solidiorum membrorum, & amisit formam sanguinis, attractusque fuit à venis capillaribus vi facultatis attractricis: atque si difficilè est humorem

morem cõtentum in parte inflammata ducere per venã maiorem, tamen impossibile videtur, quòd ros rursus ingrediatur per capillares, & inde ad maiores, & ad orificium venę. Certe nullus erit tam sine mente, vt in tali febre, ratione huiusmodi roris, putet mittendum esse sanguinem, nisi fortè coniungatur alia causa, quæ præstet indicationem: sed potius frictionibus, aut cucurbitulis, tale putrescens ros esset vacuandus, aut balneo.

At in præsenti consideratione, agimus solum de intemperie calida, & sicca, quæ obstat euacuationi, & inter tales intemperies, hectica primum locum obtinet, quæ habet tres partes, aut tempora (species vocant communiter) Ego sequor antiquitatem, & cõstituo primam in calore habituali præter naturam cordis, cum consumptione roridæ substantiæ, ex qua colligimus viuentem partem ita esse habitualiter intemperatam, vt aduenientem sanguinem, quem debebat conuertere in roridam substantiam, potius exsiccet, & resoluat in substantia

cordis. Secundam constituo in eodem calore, cum altero gradu siccitatis, ad consumptionem cambij. Tertiã ad consumptionem vltime humiditatis, quæ dicitur gluten. Has siccitates docuit Gal. & ex eius mente Auicen.

Si ergo complicatur putrida cum prima specie hecticæ, quia tunc solẽt adesse vires, potest mitti sanguis, parcissimè tamen, & per interualla: præsertim si putrida eius generis sit, quæ poscat tale remedium.

Sed aduertendum, quòd ista febris aliquando solet aggredi à principio, id est, nulla alia febre præcedente: quo casu, in complicatione putridę, magis potest medicus prebere fidem vacuationi, quia non est ita debilis virtus, sicut in hectica, quæ succedit alijs febribus, in quarum curatione, & propter vacuationes, & alia auxilia, debilitatæ admodum sunt vires. Itaq; licèt valde timendum sit sanguinem mittere in putrida cum hectica, multo magis, si aliæ febres præcesserint.

Sed nullum antiquum autorem legi, qui mentionem fecerit sanguinis missionis in complicatione putridæ

cum

cum hectica, cùm tamen aliqui purgationis meminerint. Tamen non dubito, quin aliquando cõtingat sanguinem putrescere tali modo, vt parcissimam vacuationem exposcat: hoc autem rarò euenit. Sed quare rarò? Quia debilitata natura, cui aduenit calida, & habitualis intemperies, potius generat cacochymiam, & humores purgationem petentes.

At in secunda, & tertia specie maiorem vim habet ista contemplatio: quia vires debiliores, & maior inanitio, quę repositionem exposcat, non ablationem: & cum hecticam curare non possis, nisi prius putridam anferas, hoc respicere oportet, non oblita hectica, nam putrida celerius interimit ægrum, hectica tardius. Atq; ob id duplici de causa primo loco putridam inspicimus, & quia est conditio, sine qua non, & quia vrgentius indicat, ob celeritatem motus.

Quamobrem vitam protrahere curabimus, & putridam, si non per venę sectionem, saltem per leues purgatiunculas auferre (nisi aliqua colliquatio adsit) ac statim per temperatissima

balnea, & humectantia alimenta cum aliqua absterſione, vt ſunt ptiſſana, iura ex hordeo, lactuca, cucurbita, ac cicoreo confecta.

Semper animaduertendo, quod ſi putrida ex tenuioribus, & calidioribus ſuccis fuerit orta, eo magis in hecticę curatione perſiſtere debemus: quia hoc pacto etiam cauſam febris attemperamus, & deturbamus; at verò ſi craſsior, & pituitoſior cauſa febris fuerit, eo parcius partes hecticæ agendæ. Sed iam hæc transeunt ad aliam tractationem, inſinuaſſe ſufficit. Calida, & ſicca intemperies, ſine affluxu humoris, etiam quantum eſt de ſe, impedit purgationem catarcticam, & per medicamenta calida. Quare cùm complicatus affectus, qui talem petat vacuationem, Alſarauij conſilium admittimus, qui cap. de curatione hecticæ, quando bilis redundantia viget in venis, quæ putredini apta eſt, expurgare conſulit per medicamenta, quæ alimenta quodammodo ſunt, quæ euacuent abſque calfactione, & exſiccatione: vt eſt inquit ſuccus Lebleb, & moraba ros, & violarum, & in

in succo lebleb, siue succo lupulorum myrobalani infusi, in quo etiam dissoluātur, & colētur medulla cassiæ fistulæ, & manna, & violæ: aut bibat iulep. cum infusione myrobalanorum, & similia. Et posteà addit: & quando laxaueris, & mundificaueris corpus, tunc accedas ad regionem, et curationem hecticæ, &c. Vide quo pacto prius agit de causa febris putridæ, posteà de hectica, & quomodo vtitur blandis, & humectantibus medicamentis purgantibus.

Similiter in euacuatione melācholię, & pituitę faciendum, eligentes quæ minimum calorem, aut nullum inducant.

Frigida, & humida intemperies cū humore (vt supra tactum est) non solum non impedit, imò poscit purgationem, ita vt augenda sit eo casu purgantium quantitas: tùm ob succorum redundantiam, tùm quia hebetior sēsus in his solet pigram efficere purgationem: & secundò, quia humores non sunt ita faciles ad motum in his morbis, præsertim si frigus cūm siccitate coniungitur. Si verò sola frigidi-

giditas sine humore existit, iam supra tactum est, quid faciendum.

De humidis illud solum adnotare libuit, non admittenda esse humida medicamenta, vt cassia fistula, præcipuè, quando ex humiditate debilitas ventriculi, aut aliorum viscerum contracta est. Sic colligitur ex Mesue illo peritissimo; nocet enim cassia, quando ob nimiam humiditatem facultas debilis est, siquidem laxat, & auget retentricis imbecillitatem. Tādem in morbosis intēperaturis, similem facimus coniecturam, ac in naturalibus. Quare ad morbos cōpositionis transeamus.

CAP. XXII.

De morbis in compositione, qui vacuationes impediunt.

OPortet prius referre morbos in compositione, vt inductione quadam veniamus in cognitionem eorum, qui obstare possunt, aut impedire. ¶ Ex Gal. lib. de diff. morb. cap. 6. quadruplex est morbus in compo-

compositione, in formatione, numero, magnitudine, & situ. Ex his morbi in formatione, & magnitudine videntur vacuationem impedire. Et ob id formatio iterum diuidenda est: nã alia est in figura, alia in meatuum cauitate, alia in superficie.

Rursus ex his soli morbi meatuum impedire videntur vacuationes, qui aut nimis patentes, aut nimis stricti reddũtur. Est ergo multiplex affectus iste: nam quinque differentias inuenit Gal. lib. de caus. morb. cap. 7. aut coalitu, aut angustia, aut compressione, aut subsidentia, seu conniuentia, densationeue, & vltimo obstructione: inter quas affectiones sola obstructio vacuantibus prædictis repugnare videtur. Rursus cum obstructio à varijs causis possit oriri, subdiuidenda venit: quæ enim à multitudine proficiscitur, non impedit, sed exposcit quàm citissimè vacuationẽ sanguinis. Et hæc est illa celebratissima vacuatio in omnibus synochis, et in alijs febribus acutis.

At verò, si obstructio oriatur à lẽtis, crassis, & frigidis humoribus, non

rarò impedimento esse solet ad venę sectionem: imò quantum est ex parte prędictę causę, obstare videtur. Quod argumentũ breuiter, sed separato capite attingendum est.

CAP. XXIII.

An obstructio, quæ pendet à crassis, & lentis humoribus, impediat sanguinis missionem.

ALiqui non timent in omni obstructione, cuiuscunque sit naturæ, sanguinem mittere. Ego existimo esse perniciosum errorem, humanę salutis destructorem, & secundo esse contra rationem Philosophicam. Atq; vt in principio proposui, discurram per conclusiones, opiniones recentiorum vanas relinquens, antiquitati semper inhærens.

Inscriptio huius difficultatis, non indiget explicatione: nam quæris vtrùm obstructio orta à solis crassis, aut lentis humoribus, requirat venæ sectionem; non loqueris de obstructione orta à multitudine, & copia

massæ

massæ sanguineæ, quæ venas opplet, quia de ista causa nullus dubitat: cum hęc, vltimo inuenta febrium humoralium curatione, primo loco petat vacuationem, qua omnes intentiones complentur; & idem dico de alijs similibus obstructionibus. Dubium ergo est de sola obstructione, à glutinosis, lentis, aut crassis humoribus, qui fere semper frigidi sunt. Qua in re pulchra aliqua sunt adnotanda ad curationem, si prius ratiunculas recentiorum audiamus, qui putant, omni obstructioni deberi sanguinis missionem.

Quia obstructio habet aliquid fiens, & aliquid factum. Ergo saltem ratione fientis, idest humoris illius, qui cõfluit ad illam, consonum videtur agere de mittendo sanguine. 1

Quia sanguinis missio facit fluere humores omnes ad venam sectam. Ergo successione quadam, etiam fluent humores illi crassi, & viscidi, facientes obstructionem: quia vitandi vacui gratia, etiam lapides ipsi mouentur, multoque magis humores obstruentes. 2

Et

membra ista ante, & post vacuationẽ, mille quidem modis calfacere, & roborare solicita, quorum magnam copiã apud practicos inuenies. Et idem, quòd dico de partibus, intellige de toto.

De putrida febre cum hectica, aut marcore complicata, magna exorta controuersia est; nam cùm habitualis siccitas sanguine indigeat, & virtus essentialiter debilis sit, in magnam dubitationem veniunt medicorũ consilia.

Breuiter tamen dicam, quid sentiã, iuxta leges artis, si primo auferam nouum quemdam errorem, circa febres hecticas.

Ex rore putrescente febrem quandam constituunt aliqui, & non dubitant de mittendo sanguine, quia dicũt esse putridam, & nullo alio auxilio aboleri. Sed falluntur omninò; nam si talis febris datur, extra venas causam habet: quia & ros iam est alimentum solidiorum membrorum, & amisit formam sanguinis, attractusque fuit à venis capillaribus vi facultatis attractricis: atque si difficilè est humorem

morem cōtentum in parte inflammata ducere per venā maiorem, tamen impossibile videtur, quòd ros rursus ingrediatur per capillares, & inde ad maiores, & ad orificium venę. Certe nullus erit tam sine mente, vt in tali febre, ratione huiusmodi roris, putet mittendum esse sanguinem, nisi fortè coniungatur alia causa, quæ præstet indicationem: sed potius frictionibus, aut cucurbitulis, tale putrescens ros esset vacuandus, aut balneo.

At in præsenti consideratione, agimus solum de intemperie calida, & sicca, quæ obstat euacuationi, & inter tales intemperies, hectica primum locum obtinet, quæ habet tres partes, aut tempora (species vocant communiter) Ego sequor antiquitatem, & cōstituo primam in calore habituali præter naturam cordis, cum consumptione roridæ substantiæ, ex qua colligimus viuentem partem ita esse habitualiter intemperatam, vt aduenientem sanguinem, quem debebat conuertere in roridam substantiam, potius exsiccet, & resoluat in substantia-

cordis. Secundam constituo in eodem calore, cum altero gradu siccitatis, ad consumptionem cambij. Tertiã ad consumptionem vltimę humiditatis, quæ dicitur gluten. Has siccitates docuit Gal. & ex eius mente Auicen.

Si ergo complicatur putrida cum prima specie hecticæ, quia tunc solẽt adesse vires, potest mitti sanguis, parcissimè tamen, & per interualla: præsertim si putrida eius generis sit, quæ poscat tale remedium.

Sed aduertendum, quòd ista febris aliquando solet aggredi à principio, id est, nulla alia febre præcedente: quo casu, in complicatione putridę, magis potest medicus prębere fidem vacuationi, quia non est ita debilis virtus, sicut in hectica, quæ succedit alijs febribus, in quarum curatione, & propter vacuationes, & alia auxilia, debilitatæ admodum sunt vires. Itaq; licèt valde timendum sit sanguinem mittere in putrida cum hectica, multo magis, si aliæ febres præcesserint.

Sed nullum antiquum autorem legi, qui mentionem fecerit sanguinis missionis in complicatione putridæ

cum

cum hectica, cùm tamen aliqui purgationis meminerint. Tamen non dubito, quin aliquando cōtingat sanguinem putrescere tali modo, vt parcissimam vacuationem exposcat: hoc autem rarò euenit. Sed quare rarò? Quia debilitata natura, cui aduenit calida, & habitualis intemperies, potius generat cacochymiam, & humores purgationem petentes.

At in secunda, & tertia specie maiorem vim habet ista contemplatio: quia vires debiliores, & maior inanitio, quę repositionem exposcat, non ablationem: & cum hecticam curare non possis, nisi prius putridam auferas, hoc respicere oportet, non oblita hectica, nam putrida celerius interimit ægrum, hectica tardius. Atq; ob id duplici de causa primo loco putridam inspicimus, & quia est conditio, sine qua non, & quia vrgentius indicat, ob celeritatem motus.

Quamobrem vitam protrahere curabimus, & putridam, si non per venę sectionem, saltem per leues purgatiunculas auferre (nisi aliqua colliquatio adsit) ac statim per temperatissima

balnea, & humectantia alimenta cum aliqua abstersione, vt sunt ptissana, iura ex hordeo, lactuca, cucurbita, ac cicoreo confecta.

Semper animaduertendo, quod si putrida ex tenuioribus, & calidioribus succis fuerit orta, eo magis in hecticę curatione persistere debemus: quia hoc pacto etiam causam febris attemperamus, & deturbamus; at verò si crassior, & pituitosior causa febris fuerit, eo parcius partes hecticæ agendæ. Sed iam hæc transeunt ad aliam tractationem, insinuasse sufficit. Calida, & sicca intemperies, sine affluxu humoris, etiam quantum est de se, impedit purgationem catarcticam, & per medicamenta calida. Quare cùm complicatus affectus, qui talem petat vacuationem, Alsarauij consilium admittimus, qui cap. de curatione hecticæ, quando bilis redundantia viget in venis, quæ putredini apta est, expurgare consulit per medicamenta, quæ alimenta quodammodo sunt, quæ euacuent absque calfactione, & exsiccatione: vt est inquit succus Lebleb, & moraba ros, & violarum, & in

in succo lebleb, siue succo lupulorum myrobalani infusi, in quo etiam dissoluātur, & colĕtur medulla casſiæ fistulæ, & manna, & violæ: aut bibat iulep. cum infusione myrobalanorum, & similia. Et posteà addit: & quando laxaueris, & mundificaueris corpus, tunc accedas ad regionem, et curationem hecticæ, &c. Vide quo pacto prius agit de causa febris putridæ, posteà de hectica, & quomodo vtitur blandis, & humectantibus medicamentis purgantibus.

Similiter in euacuatione melācholię, & pituitę faciendum, eligentes quæ minimum calorem, aut nullum inducant.

Frigida, & humida intemperies cū humore (vt supra tactum est) non solum non impedit, imò poscit purgationem, ita vt augenda sit eo casu purgantium quantitas: tùm ob succorum redundantiam, tùm quia hebetior sēsus in his solet pigram efficere purgationem: & secundò, quia humores non sunt ita faciles ad motum in his morbis, præsertim si frigus cùm siccitate coniungitur. Si verò sola fri-

giditas sine humore existit, iam supra tactum est, quid faciendum.

De humidis illud solum adnotare libuit, non admittenda esse humida medicamenta, vt cassia fistula, præcipuè, quando ex humiditate debilitas ventriculi, aut aliorum viscerum contracta est. Sic colligitur ex Mesue illo peritissimo; nocet enim cassia, quando ob nimiam humiditatem facultas debilis est, siquidem laxat, & auget retentricis imbecillitatem. Tādem in morbosis intēperaturis, similem facimus coniecturam, ac in naturalibus. Quare ad morbos cōpositionis transeamus.

CAP. XXII.

De morbis in compositione, qui vacuationes impediunt.

OPortet prius referre morbos in compositione, vt inductione quadam veniamus in cognitionem eorum, qui obstare possunt, aut impedire. ¶ Ex Gal. lib. de diff. morb. cap. 6. quadruplex est morbus in compo-

compositione, in formatione, numero, magnitudine, & situ. Ex his morbi in formatione, & magnitudine videntur vacuationem impedire. Et ob id formatio iterum diuidenda est: nã alia est in figura, alia in meatuum cauitate, alia in superficie.

Rursus ex his soli morbi meatuum impedire videntur vacuationes, qui aut nimis patentes, aut nimis stricti reddũtur. Est ergo multiplex affectus iste: nam quinque differentias inuenit Gal. lib. de caus. morb. cap. 7. aut coalitu, aut angustia, aut compressione, aut subsidentia, seu conniuentia, densationeue, & vltimo obstructione: inter quas affectiones sola obstructio vacuantibus prædictis repugnare videtur. Rursus cum obstructio à varijs causis possit oriri, sub diuidenda venit: quæ enim à multitudine proficiscitur, non impedit, sed exposcit quàm citissimè vacuationẽ sanguinis. Et hæc est illa celebratissima vacuatio in omnibus synochis, et in alijs febribus acutis.

At verò, si obstructio oriatur à lẽtis, crassis, & frigidis humoribus, non

rarò impedimento esse solet ad venę sectionem: imò quantum est ex parte prędictę causę, obstare videtur. Quod argumentũ breuiter, sed separato capite attingendum est.

CAP. XXIII.

An obstructio, quæ pendet à crassis, & lentis humoribus, impediat sanguinis missionem.

ALiqui non timent in omni obstructione, cuiuscunque sit naturæ, sanguinem mittere. Ego existimo esse perniciosum errorem, humanę salutis destructorem, & secundo esse contra rationem Philosophicam. Atq; vt in principio proposui, discurram per conclusiones, opiniones recentiorum vanas relinquens, antiquitati semper inhærens.

Inscriptio huius difficultatis, non indiget explicatione: nam quæris vtrum obstructio orta à solis crassis, aut lentis humoribus, requirat venæ sectionem; non loqueris de obstructione orta à multitudine, & copia

massæ

massæ sanguineæ, quæ venas opplet, quia de ista causa nullus dubitat: cum hęc, vltimo inuenta febrium humoralium curatione, primo loco petat vacuationem, qua omnes intentiones complentur; & idem dico de alijs similibus obstructionibus. Dubium ergo est de sola obstructione, à glutinosis, lentis, aut crassis humoribus, qui fere semper frigidi sunt. Qua in re pulchra aliqua sunt adnotanda ad curationem, si prius ratiunculas recentiorum audiamus, qui putant, omni obstructioni deberi sanguinis missionem.

Quia obstructio habet aliquid fiens, & aliquid factum. Ergo saltem ratione fientis, idest humoris illius, qui cōfluit ad illam, consonum videtur agere de mittendo sanguine. 1

Quia sanguinis missio facit fluere humores omnes ad venam sectam. Ergo successione quadam, etiam fluent humores illi crassi, & viscidi, facientes obstructionem: quia vitandi vacui gratia, etiam lapides ipsi mouentur, multoque magis humores obstruentes. 2

Et

3 Et Galen. id docuit Method. lib. 8. c. 4. agens de hac obstructione à crassis, & lentis humoribus, his verbis. *Ergo vt transpiret, maiore auxilio est opus: ac siquidem vel puer, vel senex sit, sanguinem detrahere non licet. Inter has ætates, vbi ægro robur non deest, secanda vena est, etiam si plenitudinis signa non adsint.*

Ex ista sententia magnum conficiunt argumentum. Gal. loquebatur eo capite de curatione ephemerę, ortę ab obstructione. Si in ephemera, quæ leuis febris est, & orta a viscidis, & crassis succis, sanguis mittendus, sine vlla plenitudinis præsentia. Ergo in intensioribus febribus, aut alijs morbis, à simili ortis obstructione sine vlla plenitudine, mitti debet sanguis. Atq; adeo morbus hic in compositione nõ impedit, sed poscit talem vacuationem, vt aperiatur obstructio, vt fiat transpiratio, &c.

Nos consonè loquentes his, quæ de supernatantia supra diximus ex mente antiquitatis, idem prorsus nunc in obstructione, à crassis, & lentis humoribus profitemur,

In

In primis quantum attinet ad mentem Galen. illud audeo affirmare, nusquã dixisse, obstructionem à crassis solummodo, & lentis profectam, detractionem sanguinis exposcere: inuenies tamẽ hoc remedio vti, si multitudo sola, aut simul cum crassis, & lentis inueniatur, aliter nequaquam: imò expressè 11. meth. cap. sæpius citato ait. *Verum cum neque obstructio, nec putredo curari per sanguinis missionem possint, reponi aliquid sanguinis debet ad spacium curationis.*

Et per se, & propriè loquendo, ex doctrina ipsius patet: nam præcise putrescentia, vt sic, coctionem, & correctionem petit, iuxta illud artis medicæ, . coctio est, quæ facit cessare putredinem. Obstructio vt sic, solum petit apertionem; hæc autem fit tenuantibus, incidentibus, & tandem abstergentibus, quæ localiter moueant id quod incisum est, & separent à parte obstructa. At in isto opere nil habet sanguinis missio. Ergo relinquitur esse perniciosum, & à methodo alienũ mittere sanguinem in obstructione à solis humoribus crassis, & lentis.

Præ-

Prĉtereà vtor eadem ratione, quam adduxi, agens de ſupernatantia feroſa, & pituiṭoſa hydropicorum. Per ſanguinis miſſionem extrahitur quod calidius, & quod facilè ad exitum paratur, qualis eſt tenuis ſanguis. Hoc autem humore extracto, neceſſarium eſt, vt lenti & frigidi inculcati, maneant frigidiores, & ad motum ineptiores. Hæc eſt ratio, quare Galen. in quartana, & melancholia, vbi ſanguis à vena fluens tenuis exierit, præcipit claudere venam, 1. ad Glauc. & 3. de locis, quia viderat ex trahi calidum, & tenue, quod non peccat, & remanere craſſum, & lentum, quod morbum facit.

CAP. XXIV.

Quando obſtructio à craſſis, & lentis humoribus non impediat.

DIxi id quod eſt per ſe, dicam nunc, quod ex accidenti: nam in artis operibus magnum locum habet hæc indicatio, quia contingit, vt non poſſimus deuenire ad id, quod eſt

per

per se, nisi prius aliud tollamus: & certe respectu finis intenti, bene potest dici per se. Sed quęrimus res, neutiquam nomina.

Primo illud tyronibus notum est, si talis obstructio coniungatur cum plenitudine, ab istius ablatione esse incipiendum, quia impedit agere de obstructione: ipsam siquidem magis occludit, & quanto magis obstructionem tractamus, magis illam augere est necessum, multitudine non deposita, per confluxum humorum ad partem obstructam, cauendumque, ne humores magis impingamus. Et ita præcautionis gratia & curationis facilioris sanguis mittendus.

Sed alia est contemplatio ad eruditos pertinens, quàm discant, & attentè audiant tyrones.

Obstructio à frigidis, crassis, & lentis humoribus, alio modo ex accidenti potest indicare vacuationem, propter locum quem occupat, qui occlusus, humores regurgitare in venas cōpellit, atque adeò oportebit istos moderata vacuatione per venam sectam detrahere. Secundo, quia ob oppilatio-

lationem hepatis semper sanguificatio deprauatur, talisque sanguis reliquum suo vitio commaculat. Tertio, propter obstructioné lien non valet melancholicum succum allicere, & ex consequenti per venas oberrans, totá massam inquinat. Et hoc existimo esse fundamentum Auic. in cap. de curation. oppilationis hepatis. & Fen 15. lib. 3. c. 3. de icteritia. Sunt quidem singulares textus: ait lib. 3. fen. 1. 4. tract. 2. cap. 6. *Et quando antiquatur oppilatio, indiget phlebotomiæ basilicæ, & solutiuo.* Rursus lien si obstruatur, non rectè trahit, & regurgitat melancholia, sicut si debilitatem patitur similiter, aut non trahit, aut diminute trahit. Quod de vesica fellis docebat Auicen. loco citat. de icteritia, sic ait. *Et scias, quod quando peruenit oppilatio retinens cholerã in hepate, in quocumque locorum sit hepatis, & fellis, oportet vt ex ea fiat hepar calidius quam est, & generetur cholera, plus etiam quàm generatur tempore sanitatis: facta autem causa fellis, aut propter debilitatem eius ab attrahendo ex hepate, & præ-*

cipuè

cipuè cùm est cum debilitate hepatis, à separatione, & expulsione, aut propter vehementiam virtutis attrahentis, & implet ipsam vice vna valde, & non capit ipsam, propter ipsum quod illam repleuit, & extendit: deinde cadit virtus eius, & non trahit, &c. Quibus verbis docet, quòd obstructio solet esse causa abundantię humoris in reliquis partibus, exemplo vesicæ fellis, quæ multum repleta, nouum humorem non potest nec recipere, nec trahere, & consequenter regurgitat per totum corpus. Ergo hoc modo indicat obstructio vacuationem, & efficacius, quanto antiquior est, non quidem vt obstructio, sed quia est occasio, vt regurgitantes humores redundent in corpore. Dixi non vt obstructio, quia re vera obstructio à crassis, & lentis humoribus, quo antiquior, eo magis repugnat sanguinis missioni: quia tentaciores sunt humores impacti, & difficilius remouentur à partibus obstructis. Petit ergo euacuationem secundariò, & ex accidenti, quatenus est causa regurgitationis humoris ad venas.

Quod

Quod in feminis non menstruatis quotidie conspicimus, si antiquata est oppilatio, clarum est vnoquoque mẽse recurrere ad venas, aut in illis remanere superfluum, quod debuit expurgari. Multo ergo alacrius vacuandæ diu oppilatæ, ex retentione menstruorum, quam illæ quæ recens oppilatæ sunt, quamuis oppilatio sit à frigidis humoribus. Solet certe oppilatio induci à frigido, lẽto, & quod regurgitat potest esse calidũ sanguineũ, aut biliosum, aut vtrumque: similiter si obstructio sit in brachio, aut crure, aut alia qualibet parte, quæ non permittat alimentum intrare ad alendum, clarum est, esse occasionem redundantiæ in reliquo corpore: non secus, ac mutilatis membris dixit Galen. accidere sanguinis redundantiam. Vnde colliges, quod obstructio a viscidis, & crassis non indicat vacuationem sanguinis (semper enim hæc resistit) sed redundantia quæ regurgitat.

Quare quando Gal. Auic. & alij autores in morbis ex obstructione sanguinem fundunt: vt in apople-

xia,

tia, epilepsia, surditate, oculorum hebetudine, torpore, paralysi, conuulsione, icteritia, lienis, aut hepatis obstructione, aut duritie, & etiam renum, vt in lapide obstruente, & asthmate, id dumtaxat faciunt, aut quando obstructio ex multo sanguine, aut vitioso orta est: aut cum in corpore multus bonus, aut multus crassus redundat, nam aliàs extrema est pernicies. Quod intelligens mirus ille Galen. 3. de loc. affect. cap. 7. ita dicebat: *At hæc distinctio non paruum habet in curatione momentum: siquidem vbi vniuersum corpus sanguinem melancholicum continet, curationem à venæ sectione incipere oportet: vbi verò solum cerebrum infirmum, sanguinis detractione non eget, quantum attinet ad hanc dispositionem*, &c. Quam doctrinam suxit Auicen. lib. 3. fen. 15. cap. de dolore splenis. *Et non fiat* (inquit) *phlebotomia, quamuis iudicet eam communitas medicorum, nisi apud necessitatem, & pauca*, &c.

Quamobrem toto cœlo aberrare illos arbitror, qui in obstructionibus anti-

antiquis sanguinem mittunt, ob eam solam rationem, vt humores inculcati ponantur in motu. Sed hoc perniciosum inuentum non exacte potest deleri, nisi singulis argumentis propositis respondeamus. Videbis quomodo obstructio inueterata à crassis, & lentis humoribus sanguinis missione dimoueri nequat, quantum attinet ad naturá ipsius obstructionis, vt sæpius dixi.

CAP. XXV.

Obiectiones propositæ dissoluuntur, quibus recentiores probant obstructionem crassorum, & lentorum deleri sanguinis missione.

TRia nobis obijciunt. Ad primum dico, obstructionem fientem tolli vacuatione reuulsoria, secundũ speciem causæ: nam si à multo sanguine, vel à vitioso, quamuis non multo conueniet illius detractio: si verò ab humoribus ita alienis, quales sunt lenti, crassi, & pituitosi, quis dubitat quin purgatio sit exequenda, vt supra

latis-

latiſsimè probatum eſt, agentes de ſupernatantia.

Quod autem factum eſt, incisionem, tenuationem, & abſterſionem poſtulat.

Secunda ratio eſt, quæ non ſolum in ſcholis, ſed in conſultationibus ita communiter circumfertur, vt nil magis tritum. Hæc ſucceſſio ad id, quod vacuatur omnes torquet, omnes dico vulgares. Explicare igitur oportet, an humores inculcati, & durati in parte obſtructa, exeant, ſucceſſione ad id, quod vacuatur per venam ſectam. Tractio fit, vel à calore, aut à proprietate, aut ſimilitudine ſubſtantiæ, aut ſucceſſione eius quod vacuatur, vt vitetur vacuum: quamuis tractionem à calore, aut dolore ſolemus reducere ad eam, quæ fit ratione vacui. Hanc diuiſionem colliges ex Galen. 2. de dif. feb. & 1. de sim. med. facul. & in lib. de facult. natur. Tamen tertio de facul. nat. c. vlt. ſtatuit differētiam inter motum tractionis, qui fit ob ſimilitudinem ſubſtantiæ, & eum qui fit ſucceſſione ad id quod vacuatur: nam quod ob ſimilitudi-

tudinem trahit, nonnunquam (si ita sors tulit) trahit quod grauius est, si inuenit sibi simile: at successione ad id quod vacuatur, prius id trahitur quòd leuius est: quòd auté prius succedet, propinquũ magis, quàm remotum luce clarius existit; quod experimento etiam constat, nam fluxile præcedit durum, et tenue crassum.

Ergo vbi sanguis in corpore tenuis est, vena quidem scissà, tenuis effluet, quem sequetur alius tenuis citius quam crassius, infarctusque, nisi tam terribilis sit tenuiorum, et fluxilium euacuatio, vt etiam impacta suo modo dimoueat. Atque an vtile sit ingentem boni, et inculpati succi copiam vacuare, vt tantillum impacti humoris extrahatur, tu videris.

Nam quod medicamentum vim tractoriam ob similitudinem habens, vix potest educere, cùm instar claui in meatibus angustis hæreat, qua obsecro ratione persuaderi potest, successione extrahendum, vbi alij humores in corpore adsunt, liberè ob fluxilem substantiam statim currentes.

Nam

Nam etſi Gal.(vt tacitè reſpondeā dubitationi) 3. de Nat.Facult.cap.vlt. dicat,ſucceſſione eius,quod vacuatur, etiam quod longius abeſt, trahi, & moueri, id certè dixit, quando per fiſtulam duram, ab aliquo ſugente,trahenteque,ne detur vacuum: nam in iſto caſu, quod longius eſt, trahetur, & ſuccedet,aut fiſtulæ latera coibunt, aut rumpentur. At in corpore humano, nec vis aliqua externa vim infert ſanguini, aut violentiam, qua humores impacti, & reſiſtētes ſuccedant: prius enim venarum latera concident, quæ non ita duræ, & inflexiles ſunt: coire certe neceſſe eſt,& inanitas ſibimet adhærere, vt vacuum impleant.

Satius certè, atque in miſerorum ęgrotantium vtilitatem foret, ſi huiuſcemodi; inculcatos terreos, lentoſq; humores, emollientibus, incidentibus, humectantibuſque præſidijs ad motum habiles reddere curares, vt poſtea, aut medicamenti trahentis virtute, aut cucurbitulæ propius applicitæ violentia,ab antiqua ſede remoueres, vt ſi quando venæ ſectione vti

voluisses, post hanc, attenuationem, & præparationem tentares; vt sup. ex mente Hipp. & Gal. docuimus, agentes de causis lentis, crassis, & frigidis: hac enim præattenuatione, emollitioneq; fortasse venæ sectioni cederent attenuati humores. Quam sententiam philosophica ratione fulcitam, vel eo libentius amplector, quia alius ante me illam excogitauit, Matthæus de Gradi, insignis medicus lib. 3. cap. de varicibus. & 9. ad Almans. c. 10. Quare aduertant studiosi, atque erga ægrorum miserias pietate ducti, ne temere in acutis morbis, quibus complicatur aliqua ex supradictis obstructionibus, copiosè, & integre sanguinem mittant, asserentes se acuto morbo attendere: nam (vera loquor) millies in noxas immédabiles ægros deductos ob hanc negligentiam conspexi.

Quis à pituita asthmaticis, epilepticis, obstructis pulmonibus, quis in scirrohsis tumoribus, aut vteri oppilationibus, hepatis, aut lienis, &c. a crassis humoribus, deinceps sanguinem largiter mittat, aut sine metu?

Ex

Ex illa autorit. Galen. magna controuersia, & diuersitas opinantium exorta est, et confusio ad curationẽ: tamen si huius tractationis, et doctrinæ Galenicæ principia constanter teneas, numquam errabis.

Diximus Auic. epilogum fecisse, et vniuersam Gal. doctrinam breuissimis verbis comprehendisse, quæ talia sunt, vt sæpius sint referenda. *Et non est phlebotomandus, nisi vnus duorum, aut ille qui debeat cadere in ægritudines sanguinis, & cadet in eas, aut ille qui iam cadit. Et vnusquisque istorum nõ phlebotomatur, nisi ob multitudinem sanguinis, aut propter vitium sanguinis, aut propter vtrumq;*

Cum igitur in ephemera ex obstructione, non minima, sed magna reperiatur, et talis, vt alijs auxilijs non cedat, sed declinationem extendat, cum signis putrescentiæ humorum, rectè Galen. quamuis non sint multitudinis signa, venam secat, quia incipit vitium sanguinis apparere: vndè non curat per se obstructionem factam, sed præcauet futuram periculosiorem, et impedit fientem, et

damnum, quod maius est, scilicet febrem, ex vitio, & putrescentia sanguinis, ortam quidem cum miscella fuliginum, & vaporum putridorum alterantium sanguinem, quin etiam ex miscella prauorum humorum redundantium. Itaq; iam in illa extensa declinatione ephemerę, adest principiū putridæ sanguineæ, quamuis nulla sit plenitudo ad vasa: vitiosus verò succus semper sanguinem inquinat, & vires incipit afficere.

Imò relictis nugis recentiorum, cōprimo veritatem, quam sequitur Auicen. ex Galen. & dico istam sententiam ex 8. meth. c. 4. debere sic intelligi: vitium solum sanguinis, sine vlla plenitudine, neque ad vasa, neque ad vires, posse venæ sectionem indicare, alijs annuentibus. Et hæc fuit mens Galen. quando dixit. *Quamuis non sit multitudo* prosequitur enim sic. *Præstat enim vitiosi succi parte emissa, ad detergendas obstructiones accedere*, &c. Vitiosum succum vocat sanguinē à prauis humoribus iam alteratum, non alienum, & verè supernatantem, sanguine prorsus inta-

intacto; illum siquidem per se, & seorsum peccantem, semper expurganti medicaméto propellit. Nunquã hoc potuit intelligere Horatius Augen. sẽper inculcat aliquam plenitudinem, & ignorat hanc explicationem ex Auicen. & veris deductam principijs.

Sed simul insinuat Galen. quod licet ista vacuatio fiat in principio (vt sic dicam) principiante putridę, & in declinatione extensa febris ephemeræ, ad multa prodest, vt sæpius cum illo diximus: quia viam præstat ad detergendas obstructiones, vt posteà medicamenta securius operentur, vt transpiratione facta, inhibeatur parata iam putredo, & temperetur calor. inter quas commoditates inuenies quasdam ex accidenti sequi, aliàs per se indicare.

CAP. XXVI.

Aëtij, & Tralliani sententiæ, quæ videntur dictis contrariæ. Alia apparens contradictio in doctrina Gal. componitur.

AEtius videtur sentire contra supradictam Gal. doctrinam: ait enim. *Sanguis mittendus est, si etiam ple-*

plenitudinis adſunt ſigna. Quibus oſtēdit, quòd ſi non adſint talia ſigna, non eſt mittendus. Verum ſine dubio Aetius habuit codicem alium Galen. minus excultum, aut textus ipſius emendandus.

Tamen cùm Trallianus lib. 11. cap. de ephem. ex obſtructione, dicat. *Quod ſi non copia, ſed craſſi, viſcoſique humores obſtructionem procreant, ſanguis mittendus non eſt; ſed decoctis potius quibuſdam vtendum, quæ extenuare poßunt, ita vt non calfaciant*. Quæ ſententia accepta ſine dubio fuit ex Gal. 11. met. c. 4. in fine, his verbis. *Vbi namque abundantia humorum eſt, hos vacuabis, vbi craſſi ſunt, & glutinoſi, tenues eos, ac fluxiles efficies, &c.*

Sed ſi legas lib. 11. met. c. 10. videtur maior contradictio, nam ſic habet. *Oſtenſum enim in prioribus lib. eſt, ſi ijs auxilijs, quæ obſtructiones eximant, vti, non vacuata prius abundantia, velimus, fore vt non modo nil proficiamus, ſed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus ſcilicet, inter ſe indicationibus. At ſi vacuata*

euata multitudine, ad curandam obstructionem accedamus, &c. Iam vides contradicentia loca. Hîc Galen. non euacuat, sine præsentia multitudinis; supra verò dicebamus cum illo, etiamsi plenitudinis non adsint signa, esse vacuandum in ephemera ex obstructione, quæ transit in putridã. Rursus Aetius, & Trallianus viri primæ classis, sine notis plenitudinis nõ mittunt sanguinem. Quid dicendum?

Aliqui istam contradictionem ex Auicen. placitis componunt. 1. 4. cap. 33. vbi sic ait. *Et si non sentis multitudinem humorum, imò sentis oppilationes, & quod ipsæ sunt accidentes a grossitudine eorum, & viscositate ipsorum, tunc fortaße non indiges phlebotomia, & euacuatione superflua, imò indiges apertione.* Quibus verbis, mediam videtur sequi sententiam, scilicet, non esse mittendum sanguinem largiter, sed moderatissimè. Tamen ego firmiter in hæreo Gal. & Auicen. doctrinæ, quam supra explicui, & tetigi 1. lib. ad 2. caput: quamuis enim nulla sit multitudo, neque ad vires, neque ad vasa,

neque partis, aut totius, & sine prauo motu locali sanguinis, puto debere venam secari, existente vitio sanguinis, alijs auxiliis non cedente, dicat quidquid voluerit Augenius. Vndè Aetius, & Trallianus deserendi, & Galen. fides adhibenda, sed Hippoc. à quo ista bona emanant, vt in principio agentes de supernatantia, visum est.

Galeni loca conciliantur facilè, nã 8. met. 4. dicit. *Quamuis non adsit multitudo, esse mittendum sanguinem*, lib. verò 11. & 9. intelligit multo melius extrahi posse, existente multitudine, & abundantia. Itaque non negat, sine multitudinis pręsentia (si adsit vitium) debere mitti. Quibus rectè ponderatis, facilè antiquitate amplexa, inter varias recentiorum argutias securus ibis.

CAP. XXVII.

De morbis in magnitudine impedientibus vacuationem.

TVmores aliqui præter naturam venæ sectionem impediunt; scimus

scimus enim, hepatis præcipuè; deinde lienis, vteri, ac mesenterij, aut alterius partis, fere eadem ratione, qua prædictæ obstructiones, impedire. Præterquam quod, efficacius prædictæ obstant euacuationi, quantum ex seipsis est: vt antea de obstructionibus monstratum est.

Impediunt autem vehementius, quanto scilicet difficilius tales morbi sanescunt, & ad eorum medellam copiosiori indigent calore, & sanguine, diuturnioresq; sunt affectiones. Oedemata verò, vbi in partibus sunt nō infimæ notæ: & præterea aquosi tumores, vt hydrocephalus, ascites, tumor in ventre, ac tympanites, aquosa hernia, & flatulenta, semper sanguinis vacuationem, indicatam ab alio affectu mintere videntur; ipsi tamen tumores (vt dictum est) per se renituntur. Quæ omnia probationem firmam habent ex his quæ diximus de causis.

CAP. XXVIII.

Pleuritis inter tumores an impediat, aut minuat sanguinis missionem?

LOcus ille Hip. 6. epid. p. 3. tex. 40. occasionem dedit huic adnotationi, ait enim. *Impedimentum in cruenta spuentibus, anni tempus, pleuritis, bilis.* Quod pleuritidis affectio calidis fomentis non remissa, sanguinis missionem efflagitet, tyronibus manifestum est. Sed quando duæ indicationes concurrunt, eandem vacuationem sanguinis expoſcentes, vt spuitio sanguinis, & pleuritis, quomodo est possibile, vt vna aliam impediat? Imò potius auget vim vacuandi.

Eruditissimus Vallesius antesignanus noster, & noster, quia Couartuuianus, in com. huius loci, pleuritidem esse ait impedimentum: quia complicata cum hæmoptoica passione, ipsam auget: nam ex creatio, quæ iudicat, expurgat pleuritidem motu locali tussis, auget ruptionem venarum,

rum, quæ quietem omnimodam exposcit. Eleganter quidem, si agamus de duobus affectibus complicatis, quales sunt hæmorrhagia, & pleuritis. Nos ad institutum nostrum interrogamus, an pleuritis venæ sectionem aliquo modo impediat; nam plures tyrones legentes hunc textum, & videntes spuitiones sanguinolentas, poterunt dubitare. Hic infirmus spuit sanguinem, & pleuriticus est. Quare ergo dixit Hipp. in spuentibus sanguinem, pleuritis impedimentũ præstat? Bene certè dubitant, nam in hęmoptoica passione adest sputum sanguinis cum tussi; idem etiam in pleuritide sanguinea.

Dicam, quod sentio, in primis Vallesius, licèt vera profitetur, tamen Hip. in hoc loco, & tex. antecedenti, agit de impedimentis sãguinis missionis, vt Gal. in hoc sensu prosequitur. Atque adeò inquirendũ est, quare pleuritis dicatur impedire sanguinis missionem? Impedit quidem (vt ait Vallesius) curationem solutionis continui venarum: quia per tusim magis aperiuntur venæ, quæ constringi

deberent. Sed quærimus, quare impedit reuulsionem per venam sectam brachij?

Gal. in com. paruam pleuritidem, & leuem, in qua spuitur sanguis, impedire dicit venæ sectionem, quia alijs auxilijs potest curari. Frigida explicatio; nam reuera leuis pleuritis cùm sanguineo sputo, non impedit, sed poscit leuia auxilia (si leuia auxilia secura sunt, quando cùm dolore sanguis spuitur) Quamobrem mihi suspecta est Gal. doctrina, quamuis dicat in illa historia, sine sanguinis missione se talē ægrum curasse; nam vt sanguinis missio est magnum remedium, ita est moderatissimum, si in parua quantitate extrahatur sanguis.

Mihi videtur diuini Hippoc. mens fuisse, pleuritidem impedimentum esse, non ad missionem sanguinis, sed ad largas euacuationes: quia cū morbi causa ad duas pertineat potentias, ad animalem, quæ tussi expellere debet, & ad naturalē coctricem, quæ maturat spuenda, clarum est, quod si tenorem, & robur animalis non serues, parum refert, esse euictam, & cō-

coctam materiam. Multos vidi suffocatos pleuriticos, à materia iam cocta ad exitum parata, sed ob defectum virtutis animalis perierunt. Ergo hoc est proprium pleuritidis. Sub vno quidem exemplo, reliqua intelligere consueuit Hip. & omnes morbos intellexit, qui à facultate animali debent vltimo euinci, qui obstant magnis euacuationibus, ne facultas animalis fatiscat, & non valeat trudere, quæ iam concocta, aut superata sunt.

Rectè ergo Vallesius morbi cum morbo fecit comparationem. Nos de pleuritide intelligimus, non complicatum affectum inspicientes, sed vt impedit largas vacuationes: has certè admittet synochus, aut hepatis inflammatio, non pleuritis.

De morbis in compositione dicta sufficiant: nam his exemplis ad alia deuenies, supposita exacta notitia methodi medendi. Nam si omnes morbos complicatos percurrerem, longa terenda esset via, siquidem omnium fere malorum curatio esset peragenda, quod in tertium lib. Auicen. Si Deus Optimus *M*aximus voluerit,

per-

perficiemus. Sed de purgatione differendum aliquid cum magna vtilitate.

CAP. XXIX.

Perutilis discursus de morbis in compositione, purgationem impedientibus.

PVrgationem (quamuis ab aliquo affectu indicatam) prohibere possunt morbi in compositione, obstructio, aut conniuentia, seu considentia, vt hac dictione voluulum ex inuoluto intestino creatum inuoluamus: aut tumorem præter naturam, non ea ratione, qua venæ sectionem impediebant: erat autem ea, ne scilicet, calore depauperato, morbi hi curatu difficiliores redderentur. At purgationi obsistere censentur primo, eo quod vias occludũt, per quas purgatio est exercenda: ac 2. prætereà quod expurganti pharmaco inflammatio irritatur. Ob quam rationem Auic. 4. 1. c. 11. in his qui solent gulæ phlegmonas pati, vomitum vitat.

Potest etiam morbus aliquis in situ quo-

quodammodo purgationes inferiores impedire, vt procidétia intestini recti, aut podicis, aut procidentia vteri: in his enim, quoad fieri potest, fugienda est purgatio per inferiorem regionẽ, & vomitus pro viribus concitandus.

Tumor itaque quicunque ille sit, in purgationis via procreatus, impedit per eam humoris deductionem. Quod graui illa sententia Hippo. docuit Epi. 21. de hellebori vsu, his verbis. *Neque medicamenta danda sunt decoloratis, raucis, lienosis, exanguibus, spirituosis, & siccum tussientibus, siticulosis, flatuosis, & his qui præcordia, & latera ac dorsum distenta habent, & torpentibus, & obscure videntibus, & quibus aurium sonitus sunt, & vrinę meatibus impotentibus: neque item morbo regio laborantibus, aut ventre debilibus, aut his qui sanguinis eruptiones, aut tubercula habent.* Hæc Hippoc. Quam sententiã ita difficilem si enarrandam ex professo assumerẽ, digrederemur ad plures morborum indicationes explicandas. Ad præsentem saltem discursum illud adnotare oportet, quantum fugere

gere doceat medicamentorum vsum vijs impeditis, aut inflāmatis. Quod dixit Auic. 4. 1. c. 4. *Habentium quoque in interioribus apostemata, difficile est ventrem soluere, & vomere.*

Quando ergo purgatio impeditur ob aliquod ex prædictis repugnantibus, machinari oportet industriam, qua morbis purgatione indigentibus subueniamus. Libuit autem quoddam exemplum proponere in casu per difficili, vt tyrones in illo non aberrent, eritque via ad similia.

CAP. XXX.

De colica affectione ab obstructione, lenta pituita, aut flatu, aut fæcibus induratis.

VIde iam morbum in via, qui impedit purgationem infernam ob obstructionem, & si vis, cum febre complicatum, vt sæpius solet. Atque tyrones cum audiant querelas doloris, statim ad sanguinis missionē, aut vsum medicamēti purgantis properant. Quid autem pro ratione do-

loris

loris agendum, suprà insinuatum est; & cũ de symptomate impediente tractabimus. Nunc quomodo se gerere debeat Medicus circa morbum hunc in compositione, contemplandum est.

Pro ratione igitur obstructionis agendum, nam si impedit purgationẽ, demoliri causam debemus, aut vacuantibus, aut emollientibus, & de obstruentibus. Si enim colica à retentione fæcum induratarum proficiscitur, primo mollientibus clysteribus. Secundò acrioribus irritantibus, cibarijsque huiusmodi, ac potionibus succurremus, vt potest colligi ex Gal. 3. Ar. Medicę de fęcum retentione differente. Apertius autem ex Auic. lib. 3. c. de colicæ curatione, vbi laudat vsum cassiæ fistulæ, & decoctionem maluarum, altheæ, & prunorum passorum, & diaprun. simp. posteà vero emulsionem hordei, cum decoctione betæ, & alia similia, quæ detergere fæces possint, citra febris complicatæ noxam, emollitas iam à prædictis medicamentis. Quæ omnia, & alia in cap. de colica. comprehensa, eo citius peragenda, quò totius corporis ex-

expurgatio necessaria magis est.

Quòd si colica, aut voluulus (fere enim vtriusque eadem est curatio) à flatu, aut pituita pendeat, hoc enim frequentissimum est, vt ait Auic. lo. cit. 1. de canonibus curationis colicę, ea quæ flatus discutiant, & humorem flatus materiam abstergere, ac vacuare possint, molienda, tum inferius, tum superius.

Quo casu illud summopere aduertendum, quod non satis pro ratione commendarunt, tum Galen. 12. met. cap. 8. tum Auic. 16.3. tract. 4. cap. 2. de cura colicæ frigidæ, nempè humorem crassum, frigidumque, ac lentum intestino hęrentem, flatumque inde natum, ab obstructioneque cohibitum, esse magna cum cautela dissoluendum, atque vacuandum, nec nō & concoquendum ijs quę calfaciunt medicamentis, valenterque digerentibus, non tantum liquantibus, aut in flatum vertentibus quin potius incidentibus præsidijs, coquentibus, tenuantibusque, quę tamen vehementer calida non sint: ne fortasse loco curationis, dolorem augeas

geas

geas, à medicamẽtis liquantibus flatu denuo eleuato.

Quare licet plura ſint medicamenta colicæ frigidæ ſubuenientia apud autores, tamen in præſenti loco, cùm agamus de colica adiuncta febri, ea dumtaxat ſub epilogo proponemus, quæ colicæ auxiliari citra febris exarcerbationem poſſunt. ¶ Conabimur igitur per inferiora potius, quàm ore aſſumptis ſuccurrere. Clyſteres ergo pituitam abſtergentes, & flatus diſcutientes ſimul, & vbi dolor vrget, anodynos conficies, ex vino albo, decoctioni betæ, aut furfurum, aut aquæ ſalis admixto, cũ portione aliqua ſacchari, & oleo anethi, aut rutaceo, chamęmelino. Aut ſi volueris ſimplicius componere, vinum album miſcebis cum oleo chamęmelino, aut ſimili, & ſaccharo nigro. Et vt expertus loquar, oleum optimum commune, vino antiquo albo feruefactum, sępiſſimè, & breuiſſimè colicam hanc perſanauit: quibus ſi placet adijcies adipem, leniendi doloris gratia, ſimul vt fęces ne minimũ quidẽ detineant: fellis etiã aliquod genus abſterſionis gra-

tia,

tia, aliqui admiſcent.

His qui clyſterum ſunt impatientes, ſuppoſitoria præcipies ex felle, ſale, melle, & momento caſtorei: aut ſi res vehementer vrgeat, portiuncula trochiscorum alhandal admixta.

Emplaſtra etiam exterius vmbilico appoſita non contemnenda, quæ purgatoria ſunt, & colicam diſſoluentia: qualia Auic. compoſuit ex felle taurino, pulpa colocynthidis, & chartamo, baccis lauri, & eiuſdẽ oleo, vrtice, & lupinorũ, pulu. ſcãmonij, hellebori, cum adipe anſeris, vſque ad pecten vngendo. Prudentiæ tuæ relinquimus, vt horum magis, aut minus, prout vrgentia fuerit, adhibeas.

At diuerſa ratio eſt, quando ſolus flatus infeſtat, tunc enim ſine metu oleo rutaceo, aut vino albo ſolo vti oportet, & cucurbita ſine ſcarificatione: opus enim incantamenti illi ineſt, dicente Gal.

Fomenta vero ſi fieri poteſt, fugienda ſunt in colica ex humore frigido; nam cùm corpus, de quo agimus, purgatione indigeat, fortaſſis concitabitur aliqua fluxio in inteſtina, & ſe-

ſecundo humor pituitoſus à fomentis ſæpè dilatatus, ac fuſus, in flatum vertitur: vt rectè Auic. nobis animaduerſum reliquit, cap. proprio de cura frigidæ colicæ.

Quod ſi fouere inceperis, nõ deſiſtas, ſed multis vtere fomentis, vt reſoluas id quod prius dilataſti.

Ore autem ea ſumi poſſunt, quæ idem præſtare valeant, ſed cùm ex calidis potionibus celerius febris augeatur, quam ex ijs quæ per aluum ſubduntur, pauca medicamenta erunt ſumenda: inter quæ aqua ex decoctione hordei, furfure, & pauco chamęmel. viniq; optimi momento, cũ ſaccharo, poſt colaturam feruefacto Præterea calidiſſima aqua hauſta frequenter, erit ex vſu. Aliquando (inſpecta natura, & temperie ægri, temporis, & febris) erit ex vſu aqua ſola hordei, aut ſacchari, aut mellis, feruens potata, aut vini albi cyathus, aut aqua carui, aut cymini.

Vomitus etiam aliquando non nocebit, ſi ventriculus labefactatus nõ eſt, & fluxio à toto ad inteſtina clare conſpicitur.

Si

Si autem prædicta non sufficiunt, poteris vti aliquo medicamento leniter expurgante; inter quæ nullum melius (nisi magnitudo febris impediret) quam hiera. In hac enim prohibetur à Gal. de simp. med. f. vnde solemus hieram cum diacatholi. aut diaprun. simpl. miscere, aut decoctũ propinare ex mercuriali, beta, & saccharo.

Cassiam verò, fistulam fugiendam consulo, quia flatuosa est, & debilem vim habet absterforiam, & vacuatoriam pituitæ.

Tamen si indicatio ad expurgandũ totum corpus ita vrget, vt te compellat ad vsum fortioris medicamenti, hieram cum agarico miscere poteris; aut si in periculo magno versatur æger, vt etiam tu cum illo periclitari cogaris, ad fortiora medicamenta accedere poteris.

Quo casu intelligendus est locus Auic. aliàs arguendus: nam lib. 3. fen. 16. tract. 4. c. 2. sic ait. *In colica autem, quę est secundum semitam effusionis, & generationis, conueniens est, vt in potu detur, cum paroxysmus est*

dolor

doloris, & in nocte vehementiæ eius, aliquid, sicut pilulæ de aloe, & pilule de hiera, & pilulæ compositæ de pulpa colocyntidis, & scammonio, & serapino, & aloe, ab aureo semisse, vsque ad aureos duos, &c. Quæ vltima medicina, vt ex dictis constat, fortior est, quam vt in colica sit propinanda, nisi intelligatur autor, nulla alia ex prædictis conferente, & morbo necis proximæ periculum minitente. Quo etiam pacto intelligendus Hip. in Epist. de hellebori vsu, ad finem, sic dicens. *Aliquando pleuriticos, & voluulosos veratro purgandos,* & Ras. 9. ad Almans. c. 11.

Tu autem qui medicamenta nactus es optima, loco huius Auic. confectionis, poteris vti electuar. rosat. Mesues, aut Nicolai, aut hamec. pro rationeq; præsentis febris, colicæ patrocinari, semper quantitatem eorum minuens.

Est verò pulchra animaduersio in colica ista pituitosa, & frigida, de qua loquimur: nam cùm sæpius eueniat propter obstructionem meatuum bilis, bile scilicet, intestina non irritante

ritante (ob quod etiam fæces retentę colicam efficere possunt) vt ait Aetius lib. 9. cap. 26. & Auic. loco sæpius citato. Hanc per deobstruentia primò, deinde prædictis medicamẽtus curabis: quod in arcuatis sæpiùs videmus, colicam scilicet, cum icteritia coniungi. Quod agnoscens Hipp. lib. de Internis affect. inter alios morbos, hunc statuit, voluulum arcuatum appellans, & aperientibus obstructiones eidem auxiliatur. Sed de his latiùs suo loco.

Quòd si ex conniuentia intestini (quando scilicet, inuoluitur) via stercoris, & purgationis occludatur, alterum duorum tentandum est: aut follibus vento plenis, aut vtre, aut syrĩga insufflãdo, intestina aere implere, vt violẽtia illa intestinũ dirigatur: vt Hip. consulit l. de affectionibus. Hoc autem faciendum, quando reliqua dicta neutiquam profuerunt.

Aut vt consulit Matthæus de Gradi, omnia sumens ex Auic. æger resupinus iaceat, extentis cruribus, & oleo lilij, aut amygdal., aut aneth. aut simul mistis, versus quamcunque partem

tem

tem fricandus, ac dimouendus, modo ad læuam, cruribus interdum cõtractis, vt his motionibus redeat intestinum ad pristinum situm, quem solet amittere ex magno saltu, aut luctatione, aut à magno flatu per intestina concitato, quo tempore duplex surgit indicatio, flatus discusio, & intestini directio.

Si autem intestina inflammatione obturentur, aut podex, sanguine misso ex interiori vena brachij, & statim ex talo, subueniemus. quam vacuandi formam omnes antiqui sequuntur, Gal. Auicen. Serapio, Rhazis, &c. Quibus vacuationibus succedent illa, quæ diximus ad fæces induratas, frigidiora tamen, vt sunt clysteres ex ptissana colata cum saccharo: ex decoct. violar. maluarum, solani, mucilagine psyllij, oleo rosa, maximè tamen laudat Auic. clysteres ex lacte asinino, in quo cassia fistula dissoluatur, quæ omnia possunt ore propinari, præter lac. Hæc in principio. At in augmento aliquid altheæ, chamęmillæ: in statu aliquanto plus: in declinatione magis, & adipes, & alia,

quæ magis emolliant, & vacuent.

De alijs verò colicis, quæ fiunt ob lapides in inteſtinis genitos, vt rarò accidentibus, non eſt quod agamus, præterquam quod emollientibus, abſtergentibuſque, & aliquando fortioribus irritantibus, mederi oportet.

De ijs autem qui ob lumbricorum congeriẽ colica laborant, ſimiliter intelligendum, abſtergentibus, ac amaris lumbricos necantibus, & acidis certandũ eſſe, apertius eſt quã vt longiori indigeat ſermone, præſertim quia apud Auic. & alios latus eſt inueniendi remediorum campus. Diximus de colica, vt ab obſtructione oritur, morbo ſcilicet in compoſitione, non tamen vt vehementem habet dolorem adiunctum.

CAP. XXXI.

Deſcenſus inteſtinorum in ſcrotum, purgationis impedimentum.

DEſcenſus inteſtinorum ad inguina, aut in ſcrotum maximè ſolet purgationem infernam impedire. Erit ergo neceſſarium, quantum fuerit

rit poſſibile, hoc impedimentum moderari. Reducere itaque paulatim inteſtina ad ſuum locum opus eſt, & rupturam cōprimere, emplaſtris adſtringentibus, & ſubligaculis: deinde purgationem oportunam iniungere.

PROCIDENTIA VTERI.

PRocidentia vteri, ſicuti inteſtinorum, tanquam morbus in ſitu, etiā obſtat purgationi infernæ: & ob id melius eſſet vomitum tentare. Quod ſi hæc vacuatio fieri nequit, diligenter agendum, vt inteſtinum, aut vterus ad propria loca retrahátur, aut nauſea, aut vomitu, aut cucurbitulis, & concusſione ad oppoſitum, ac obſtetricis manibus, & poſitu, qui crura ad ſuperiora conuertat, & ligaturis à pube incipientibus, & medicamentis, quæ omnia hæc ſuo loco firment: quibus peractis, pharmacum exhibendum, pro ratione neceſſitatis, ſed animaduerſione facta, vt reſpiciant cauſas procidentiæ, quæ ſolent ſæpius ex nimia humiditate proficiſci, quæ ſiccari, conſtringi pau-

latim desiderant, suadendumque ne æger à lecto surgat, ne conatum apponat.

CAP. XXXII.

Hypochondria distenta, & obstructæ venæ mesaraicæ, vt impedimentum tollendum ad purgationem.

SImiliter in distensione hypochõdriorum, & obstructionibus mesaraicarum venarum procedendum, vt diximus supra, agentes de obstructione. Nam primò prout natura signauerit regionẽ, per clysteres purgandum, & aliquando per vomitum: postea fomẽtis cõsuetis vtẽdũ, addito absinthio; quod si hæc non sufficient, purgatiunculam adhibere oportet, quæ solas illas partes respiciat, vt ex hiera, cassia, catholico, &c. vt reseratis vijs, purgatio quæ à toto corpore debet fieri, felicius eueniat.

CAP. XXXIII.

Tumor in hepate purgationem impediens.

APertum est, tumorem inflammatorium hepatis impedire, purgationem, & statim poscere sanguinis missionem ex brachio dextro, & vena interna, & illicò medicaméta esse apponenda, quę iecur refrigerent (vt in principio fieri debet inflámationum) qualia sunt aqua rosacea, plantaginis, & ptisana, & portiuncula paucula aceti. Tamen de his latè in c. proprio, omnes antiqui, & neoterici: nos tantum de incepto instituto agimus.

Mitigata verò inflammatione, & apparente purgandi necessitate, his vti oportet, ab Auic. commemoratis 4. 1. c. 4. *Habentium quoque in interioribus apostema, ventrem soluere, & facere vt vomant, est difficilè: quòd si tibi necessarium fuerit, da eis, quod sit sicuti volubilis, & semen croci, ottensis, & apozema polypodij, & cassiani fistulani, & his similia, &c.* Vide Auicen. qui solet esse audax, vt

ſuprà tetigi, in exhibitione purgantium, tamen hic ſolum recenset leuiſſima, aut saltem moderata medicamenta. Volubilis lupulus eſt, semen croci hortenſis, chartamus; timet quidem in viſcere ita calido, & calida aſſectione oppreſſo medicaměta maiora medicamentis prędictis: poſſumus addere, quæ in vsu etiam ſunt, ſyr. ex violis infuſis, diacatolicho, &c. non verò mannam, vt aliqui faciunt, ob rationē ſuprà tactam: facilè enim incenditur, & bileſcit.

At ſit tumor ſit frigidus, & longioris temporis dans inducias, prælibatis prius quę aperiāt, & attenuēt, expurgationes paulatinas, & moderatas exercebis, addito rhabarbaro, & aliquantulo agaraci, aut ſyr. cichor. cū duplicato rhabar. ex vſu erit.

Ego Gal. ſemper insequens, cum medicamento purganti misceo aperientia, quando obſtructiones agito. Ita Gal. 2. acut. com. 12. Reliqua omnia in practicis doctiſſimis inuenies. Hæc certè pro exemplis morborum in compoſitione dicta sufficiant.

CAP.

CAP. XXXIV.

De morbis in ſoluta vnitate, vacuationem impedientibus.

PErquirendi nunc morbi in ſoluta vnitate, qui valent impedire purgationem, non quidem ſanguinis miſſionem. Vulnus, aut vlcus inteſtinorum quantum in ſe ipſo eſt, poſtulat vacuationem longiſſimè ab vlcerata particula. Similiter, quando vena in ano, aut intus rupta, vel adaperta fuerit, multis quidem rationibus medicamentum expurgans nocebit, & ob humorum colluuiem, quæ vulnus, aut vlcus maius, & ſordidius reddere debet, ac dolens magis: & ob calorem, acrimoniamque eiuſdem medicamenti inflammatio vlceris augebitur: & tandem ob motum, qui in purgationibus eſt ineuitabilis; motus autẽ omnibus vlceribus noxius exiſtit. Quod voluit diuinus ille Hipp. inſinuare, quãdo in epiſt. de vſu hellebori, in eruptionibus ſanguinis medicamentum purgans vitandum conſulit.

Sed vt omnem dubitationẽ è medio tollamus, consultò dicimus, vlcus, aut vulnus intestinorum, quantũ in se ipso est, purgationem impedire, & omnino renuere: quia ratione caussæ fluentis à toto, aut ab hepate, conuenire potest expurgatio, quæ nisi citissimè fiat, incurabilis redditur excoriatio, aut vlcus intestini. Igitur post venæ sectionem (si hæc conuenit) purgare oportet: nam etsi bilis erodens vergat per intestina, tamen exit paulatim per venulas capillares, & retardata, vlcerationem facit; non itaque exijt per conuenientem regionẽ, quia per venas. Ergo per vacuitates maiores deriuanda est à medicamẽto; quòd non sinet moram facere. Quæ animaduersio Fernelio debetur, viro doctissimo, li.2.Meth.de ven.sect. c. 11.his verbis. *Eadẽ ex causa in dysenteria purgans medicamentum offertur, vt quod sensim, & languidè per anfractus parum idoneos elabitur, affatim per ductus conuenientiores deriuetur, ac defluat*, &c.

Quod vero sæpius per venas maiores ad minores, & à minoribus ad capil-

capillares, & ab eis in ipsam substantiam intestinorum bilis fluat, monstrant statim à principio sanguinolentæ deiectiones, antequam mucores appareant; è contra verò, quando bilis ad intestina per consuetam viam ab hepate per mesaraicas reijcitur, solent prius mucores apparere, posteà sanguis multus, aut paucus, prout fuerit exulceratio, & causæ apparatus. Ergo causa vlceris petit vacuari, aliquando per venæ sectionem, iuxta supra traditas à nobis considerationes, & per expurgans medicamentũ, aliquando per vomitum: semper tamen medicamento miscendũ aliquid, quod respiciat vlcus. Sed quando in cap. de dysenteria, tam pulchra adnotata inuenies, ad alia transeamus.

Similem viam in ruptis ani venulis, aut hęmorrhoidibus nimis apertis seruandam proponimus.

Dictum prætereà ante est, cùm de colica tractationem exercebamus, quid agendum in rupturis scroti. Impedit ruptura peritonęi, aut scroti, quæ passim hominibus herniæ causa accidit, purgationem: tamen præap-

plicatis medicamentis adstringentibus, & optimis ligaturis, iacens æger in lecto, experietur purgationem.

Inter morbos solutionis cōtinuitatis, vulnus à cane rabido inflictū proponitur.

CAP. XXXV.

Conueniat ne sanguinis vacuatio in morsis à rabido animali.

1 PAulus lib. 2. cap. 2. agens de ictu, ac morsu venenato, ait. *Si autē venenum prius per corpus distribui cōtigerit, statim venæ sectione vtendum est, & maximè si affectus humoribus*
2 *repletus sit.* Cellsus lib. 5. cap. 27. in curatione morsus canis rabiosi, præ-
3 cipit partem vulneratam aduri, quod si vri non possit, sanguinem mitti. Auic. lib. 4. fen. 6. tract. 4. c. 9. difficilem sententiam, & quæ disputationibus occasionem dedit, pronunciat, his verbis. *Cùm ergo trahis, quod tibi possibile est, post duos dies, aut tres, tunc occupare in euacuando, quod iam forsan penetrauit, & si facta non fuerit*

attra-

attractio, & acciderit negligentia, tũc euacuatio erit in illa hora magis necessaria, & melius est vt sit fortior: & si videris repletionem augmentatam, phlebotomo, & si non, tunc non. Razis Li. 20. Cõtinentis tract. 2. c. 2. asserit. *Ante attractionem veneni ad interiora, æger non phlebotometur, sed postquam tractum fuerit venenũ, duobus vel tribus diebus, secare uenam poteris.* 4

Nec deest ratio: nam si pars vulnere magno afficitur, si inflammatur, si accidat febris, aut spasmus, aut aliud accidens insigne, quare non erit extrahendus sanguis, siquidem in omnibus inflammationibus, aut vulneribus, cum similibus accidentibus, ex communi omnium medicorum consensu, sanguis extrahitur, reuulsionis gratia? 5

Alia tamen ex parte, validissimæ rationes & autoritates nos monent, vt à prædicta opinione discedamus, totamque intentionem conuertamus ad venenum canis rabidi extrahendum, & auertendum à partibus internis, semper vulneratam partem solicitan-

do, vt per eam, & per vicinas vacuemus, & simul cum humore qualitatẽ venenosam extrahamus. Primò, quia inanitis venis, facilius penetrare poterit venenata qualitas ab externis ad interna, vt suprà dicebamus, viresq; citissimè labefactabit, quæ in hydrophobia tam necessariæ sunt. Secundò, quia melancholici, & pituitosi humores, cum quibus rabida qualitas analogiam habet, crudiores, & crassiores redduntur sãguine extracto, & consequẽter magis apti ad susceptionem talis qualitatis. Tertiò, illa vniuersalia præcepta supra tacta, in hoc morbo exequẽda. Vulneratio rabida in parte externa existit. Ergo prima indicatio suadet per cutem extirpari. Ergo morbus iste in solutione continui ob adiunctam causam venenosam in parte externa, impedit (absolutè loquendo) sanguinis missionem. Sed est quidem magni momenti scrupulus: nam Aui. (vt suprà diximus) & aliqui alij dicunt, debere sanguinem mitti, transacto principio, quando scilicet, venenum quod erat in parte vulnerata, sparsum est per totam

massam

massã sanguineã,constituuntq;duos, aut tres dies principij : itaq; liberã relinquunt licẽtiã Medico, vt post istos tres dies, pręcipiat sanguinẽ mitti. Sed audias obsecro, suspecta nobis est sẽtentia Rhazis, & Auic. Quis dixit illis, intra tres dies finiri principiũ huius morbi, & statim per massam sanguineam esse dilatatum venenum, quod videtur tempus augmenti ? Certè si delatio veneni per humores est finis principij, statim in augmento apparebunt tanti mali signa. Sed contrarium videmus, nam multo tempore à morsu, sine vllo accidente, & in omni quiete videmus hominem, & post mensem : imò, & post tres menses, & annum integrum, rabies elucet, latitante veneno iam post tam longum spacium communicato. Ergo illa mensura principij trium dierum non debet securum Medicum reddere, vt statim euacuet; nam putabit esse trãsactum principium, & humores esse venenatos, & sanguine misso ęgrum iugulabit; quia venenum adhuc erat in parte externa, & illud deducit ad

cauj-

cauitates vitales. Est quidem qualitas rabida tardæ motionis, antequam in actum deducatur, sicut postea est velox. Ergo cùm tot mala possint oriri ex sanguine misso in principio, meritò vt suspectam Auice. opinionem nunc relinquimus.

Equidem præter rationes dictas, tantorum virorum autoritas, qui nostram tuētur sententiam, maximè permouere debet. Dioscorides, qui tam exacte remedia morsus rabidi fuit prosecutus, vt nil intactum reliquerit, sanguinis missionis nunquam meminit, neque Galen. nec Paulus, Aetius, Oribasius. Equidem si aliquid emolumenti cōferret uenæ sectio, neutiquam tacuissent: vt omittam doctissimos viros, Fernelium, & Fracastorium.

Vnde ad autoritatem citatam Paulli dicimus, ibi esse sermonem de alijs venenatis sub alia dispositione: tamen cum agit de morsu à cane rabido, ne verbū quidē de venę sectione, forsan quia alia venena manifestum habent exordium: at rabida qualitas, latens & incertum obtinet principium.

Cornel. Celsi auctoritas nil habet in contrarium: nam non dicit, venam secandam absolutè, sed potius insinuat esse extrahendum sanguinem ex propria parte vulnerata, si non possit aduri: postquam enim docuit, virus cucurbitula, & vstione esse trahendum, ait. *Si non potest locus cõmorsus uri, sanguinem mitti non est alienum, & super ponenda sunt vulneri ea medicamenta, quæ ualde exedunt, &c.* Interrogo. Quis poterit dicere ex mente Celsi, sanguinem mittendum ex aliqua vena partis sanę? Equidem intentio Celsi fuit, vt ex ipsa vulnerata parte bene scarificata post cucurbitulã, aut si aliqua vena, aut venulę in ipsa apparent, istæ scindendę sint, neutiquam in parte alia sana.

Non possumus Auic. sequi opinionem, quando tantorum virorum autoritas, & ipsa ratio in aliam partem nos deducunt, quam veriorem iudicamus. Diximus in tam incerto veneni statu, cùm habeamus signa adhuc latitare in parte vulnerata, non esse temere aggrediendam venę sectionẽ in parte sana, sed ęgrotam continuo

soli-

solicitandam. Ad Rhazim idem respondemus.

Ad rationem dico, quod licèt alia vulnera valeant, ratione causę, venam secandam indicare, reuulsionis gratia, tamen tam ferox est, & lethalis hydrophobia, vt si quid à parte vulnerata ad alias internas retrahatur, citissimum sit sperãdum periculum, licèt paucissima quantitas sanguinis partis affectę moueatur ad intra. Hęc ergo est differentia inter venenum impressum parti externę, & illud quod iam intus, aut genitũ, aut assumptum est: externum enim ad extra per eandem partem, in qua latitat, excutiendum, alterum alijs modis. Ergo reuulsio nõ est indicata in præsenti casu.

Sed dubitas: nam si inflammatur pars, si febri putridę ob dispositionem humorum complicetur, videtur necessario esse venam secandam. Dico in tam ancipiti casu, & periculoso, esse contemplandum tempus, in quo ista mala excitantur; nam ante quadragesimum diem à vulnere, cum maximo metu extrahi sanguinem omnes affirmant; quia probabile videtur, esse

venenum adhuc integrum, & posse recurrere ad interna. At transactis quadraginta diebus, in febre acuta complicata, non reformidant venæ sectionem: tamen ante prædictum tempus partes inferiores scarificare precipiunt, vt cutanea vacuatione febris causam depellant.

Quid ego sentiam breuiter explico. Cum febris sit morbus vniuersalis, quacumque ex parte scissa vena, auxilium susceptat natura: quia ex quacumque totum vacuatur corpus. Ergo si non posses in febre humorali venam brachij scindere, ob aliquod impedimentum, relinqueres ne ægrũ sine tam nobili auxilio? Non apparent venæ in brachijs, nonne scindes talũ? Ergo cum morsus venenosus partem externam affligens, sit impedimentũ ad vacuandum ex partibus superioribus, ne ad illas rapiatur venenosus vapor, aut humor infectus poteris venas distantissimas aperire, infra morsum, si non sufficiunt, cucurbitulæ scarificatæ. Sic condonandum vnicuique indicationi, & febri acutæ, & vulneri.

CAP.

CAP. XXXVI.

An tale uulnus uenenatum impediat purgationem, aut quando admittat.

SEd quæret aliquis, an eadem ſit ratio in hoc morbo de purgatione, Dico nequaquam eſſe purgationem tentandã, niſi cũ maxima cõſideratione; nam prima indicatio quæ ſumitur ab illo, quod continetur in parte vulnerata externa, adimplenda prius eſt, topicis, & chirurgicis extrahentibus quod in parte poteſt contineri; hocque peracto, cum timor ſit ne aliquid fuerit communicatum humoribus melãcholicis, & craſſis, cum quibus venenum habet analogiam, & nõ cum ſanguine, iſti quidem euacuandi, vt omnis ſuſpicio auferatur: atq; cum tales ſint, vt requirant pręparationem, prius præparandi, & ſubigendi, vt cedant medicamento: & (vt obiectionibus ſimul reſpondeam) quamuis Galen. purgationis non fecerit mentionẽ, ſufficiũt quę in alijs dixit locis, circa

circa humores craſſos melancholicos, & alios redundãtes, quos docuit eſſe vacuãdos. Quamuis ergo nullus esset timor talis morbi, eſſent vacuãdi, quia ſuperflui. Igitur tardum hoc venenũ, & pigrum, ſi forſan tetigit tales humores, & alia ex parte ſufficientibus auxilijs fuerit à particula extractum, ſperandum eſt, nullum esse impediens ad talem purgationem exequendam, & esse expoſcentia. Galen verò omnem solicitudinem posuit in topicis extrahentibus venenum à parte vulnerata, quæ eſt prima indicatio, & quæ securam reddit reliquam artis operationem. Hac quidem ex actiſſime completa, agunt medici de purgatione poſt humorum concoctionẽ. Audias Dioſc. lib. 6. cap. 37. & 38. vbi diligentiſſimè particularia prius antidota, & extrahentia pertractans, ruſus in cap. 39. ita ſcribit. *Intra principia eorum, qui à cane rabido sunt cõmorſi, curandi ratio talis eſt, alter uerò modus accedat. Deiectio magnum præbet iuuamentum, utpote cùm mouendo corporis habitum tranſmutet: & quæ colocynthidem recipit hiera, item*

lac

lac schistum, quod simul deiectionem moueat, & uenenum domare possit. Dioscoridem sequuti sunt Paulus, Actuarius, Aetius, hic ita apertè, vt dicat, ulceribus ad cicatricem per ductis, veratrum album esse propinandũ ad totius affectionis destructionẽ. Idẽ prorsus Rhaz. & Auic. locis supra cit.

CAP. XXXVII.

Solutiones continui in uijs urinæ.

VIdeo multos medicos facilè medicamenta propinare purgantia in ardore, aut excoriatione viarum vrinæ, & in vlceribus vesicæ, aut renum. Quod prorsus est periculosum, & à ratione alienum, ob rationes supra tactas omnibus vlceribus communes: nam licèt nobis obijciant fieri per aluum deriuationem, tamen semper ex talibus medicamentis partes vlceratæ irritantur, & ardent: præcipuè si verum est quod circumfertur, nullum esse medicamẽtum, quòd non purget etiam per vrinas, estque maius malum quod fit à

talibus

talibus medicamentis, quàm commodum. quod experientia didici. Ergo si necessaria est purgatio, eligendum est medicamentum, quod seri salem temperet, & demulceat, vt est cassia fistula diluta cum sero lactis, aut sola per se: syrup. ex infusione violarũm ad istos morbos videtur inuentus: nõ admitto syrup. persicum in isto casu. Poteris etiam in decocto tamarindorum bene mundatorum infundere myrobalanos, addito succo lupulorum, & si quæ sunt alia mansueta, quæ paulatim, & sine caloris notatu digni impressione valeant purgare.

CAP. XXXVIII.

Rupturę, aut ulcera thoracis.

VLcera, aut rupturæ venarum thoracis, multo efficacius impediunt purgationem; nam vacuatio per vomitum tanquam venenum fugienda est, imò quicumq; leuissimus vomitus. Quod docuit Hip. 4. aphor. text. 8. dicens. *Tabidos per inferiora, cauentes superiora.* Gal. in com. per tabidos, pthisicos intelligit: vel eos

qui

qui ad pthisim apti sunt. Per pthisim, modo vlcus pulmonis intelligens; nã lib. de tabe, non solum vlcus, sed citra hoc, corporis totius consumptio tabes nominatur. Addimus nos, vel qui ob morbum aliquem, nempè venæ ruptionem præsentem, aut imminentem, thoracis partes quietas conseruare desiderant, caueant superiores vacuationes. Quod Auic. rectè aduertit 4. 1. c. 11. In quibus hac cautela vti oportet tempore purgationis, vt non solum illa, quæ ex sua natura vomitoria sunt, vt helleborus, sed ea quæ ob raritatem substantiæ in ventriculo eleuantur, vt agaricus, sicque vomitum concitant, prorsus fugiamus. Prætereà magna industria curandum, vt nec imaginatio purgationis subrepat timidis, aut quibus sola magi natio medicamenti subuertit ventrem: fallendusque æger, insciusbue sumat quod oportet. Atque omnia media quæ in capit. de sedando vomitu sunt scripta, prudenter exequenda: vt enim dicebat Auicen. 4. 1. sæpè deiectorium medicamentũ fit vomitorium.

CAP.

CAP. XXXIX.

De symptomatis vacuationes impedientibus.

MAxima attentione dignũ hoc vltimum caput existimo, quia res difficilior, & periculo plena.

Symptoma nomen vnum est, multa tamen apud Gal. significare agnosces. Nonnumquam genericè sumptum, est quidquid animali prę ter naturam euenit, siue quod morbum sequitur, epigenema, idest super genitum, vt docuit Galen. lib. de dif. sympt. cap. 1.

Alio modo strictiori symptoma apud Galen. accipitur, quando eodẽ lib. de dif. sympt. cap. 2. symptoma vult esse, quidquid morbum ipsum velut vmbra corpus consequitur: qua significatione aiebat Gal. 1. met. cap. vlt. *Quæ constitutionem vnde actio nascitur, necessario sequuntur. Sanis quidem nobis, accidentia, Græcis σὺμβεβηκότα, ægrotantibus symptomata*

ta nuncupantur.

Quæ sanè trifariam diuidit, tum lib. de dif. symp. cap. 2. tum 12.met. cap. 1. & alibi sæpè: Aut etenim in actionum offensa: aut in retentorum, euacuatorumue modico excessu: aut in corporum affectu collocantur.

Sed tertio & arctiori modo intelligit Galen. symptoma, vt non quodcumque ex his nuper dictis sic appelletur, sed id dumtaxat, quòd in tantã creuerit magnitudinem, vt iam caussæ rationem obtineat, scilicèt, aut augendi morbum, aut virtutem destruendi. Quo significato 1. ad Glauc. cap. 1.4. febres nõnunquam cum symptomatis accidere dixit. Omnes quidem febres & morbi necesse est vt habeant symptomata in secundo significato, at in tertia acceptione non semper; mitissimæ namque febres, quas descripsit Hipp. 3. prog. tex. 1. nullis symptomatis grauibus copulãtur. De quibus etiam loquitnr 12. met. c. 1. in hunc modum. *Et cum febre incidunt quædam grauiora symptomata quibus prospici debet: nam de lenioribus, quæ febrium generationi necessa-*

cessariò succedunt, adeò omnino non meminerunt autores, ut etiam seu prorsus sint innominata, ea reliquerint. At quæ uel rarenter febricitantibus incidunt, aut communem magnitudinem excedunt, seorsum ab alijs tradita censent, &c.

Hęc ergo symptomata tertio modo sumpta sunt, de quibus sermo in presentia proponitur, ista enim solent curationem inuertere: nam & si ratio curationis (prout curatio in se simul precautionem complectitur) ab ipso morbo, morbique causa mutetur dumtaxat, ex accidenti tamen, teste Gal. 12. met. c. 1. symptomata quoque curandi rationem aliquando mutant, causę scilicet locum eo tempore habentia; causa etenim sunt lęsionis, vel morbi, vel virtutis, ibidem Gal. affirmante.

Licet enim symptoma, vt symptoma est, morbum augendi, aut facultatem eneruandi vires non habeat, at ex accidenti, & mediantibus alijs, quę necessario succedunt grauibus symptomatis, recte id fieri posse, persuadet in actione lęsa dolor, quem

sequi solet copiosa spirituũ iactura, quàm virium sequitur debilitas: atq; idem dolor causa est concitandę fluxionis, qua aucta, morbus quoque augetur. Eodem modo de vigilia, animi deliquijs, vacuationibus, &c. subaudiendum: virium etiam magna debilitas, quę ex lęsa actione innotescit, cùm morbum superare nequeat, ex lęsa actione innotescit, cùm morbum superare nequeat, ex accidenti occasio est, vt morbus augeatur, donec ęgrum tollat.

Sed dubitas. quid dicendum de febre symptomate, an quartum genus hoc loco constituendum?

Neutiquam, nam febris symptoma non est verè symptoma, sed morbus: dicitur tamen symptoma, ob similitudinem, nam videtur non aliter ac symptoma, cum principali morbo tolli.

Cùm autem, vt suprà dixi, symptoma in secundo significato trifariam diuidatur, non constituimus grauia hęc symptomata, de quibus loquendum, in qualitate mutata, sed in actione lęsa, & excretis, cum Gal.

12. met. c. 1. & de dif. symp. c. 5. nam color mutatus, odor, sapor, sonus, mollities, asperitas, &c. rarò, aut nunquam increscunt, ita vt curationem ad se trahant. Nota raro, aut nõnunquam, quia magna est controuersia inter Scholasticos circa aliqua symptomata, an propriè talia sint, an morbi per se, vt color in oculo, amaritudo in lingua, &c. Sed de his in nostris cõment. de morbo, & sympt. ex professo tractamus; ad præsens institutum sufficit agere de symp. quæ vocant curationem ad se, aut impediunt vacuationes.

CAP. LX.

An symptomata, & signa idem, & qualia signa.

DEclarandũ est hoc quæsitum, vt sciamus, an symptomata, de quibus agimus, signa sint, & qualia: non enim symptoma cum signo cõuertitur, nam causæ procatarcticæ signa sunt aliquorum morborum, nõ tamen symptomata dici possunt: at

omnia signa quæ ex corporeo aliquo affectu prodeunt, symptomata sunt, ita vt quidquid est symptoma, signũ etiam sit, non vero è contra, quod signum est, sit etiam symptoma.

Cùm ergo symptomatum & signorum in ægris apparentium quædam sint demonstratiua, alia prognostica, ac mox apparentia, sub quibus assidentia comprehendimus, cum Gal. 1. de cris. cap. 5. merito dubitas ad quod genus signorum reducuntur symptomata, de quibus loquimur.

Dico non esse numeranda inter ea, quæ essentiam morbi demonstrant, sed inter mox apparentia, aut assidẽtia, vt docuit Gal. 12. met. c. 1. Explico. Dolor lateris est signum demonstratiuum, seu pathognomonicum pleuritidis, tamen si ita increscat, & magnus sit, vt vertat ad se curationẽ, hoc non facit, vt pathognomonicũ, sed vt assidens, aut superueniens: quia licet omnes pleuritides habeant dolorem, non tamen vehementem, nisi istæ, quibus causæ vehementiæ aut assident, aut superueniunt. Hoc ergo signorum genus comprehendit a-

ctiones

ctiones læsas,& retenta, aut excreta, vt dictum est.

Primò ergo ab actionum symptomatis incipiendum: atque cùm actiones aut vegetales, aut vitales, aut animales existant, quæ aut abolitæ, aut diminutæ, aut deprauatæ ex vi morbi redduntur, ab animalibus ordiamur, quæ vt multiplices, ita multiplicem symptomatum lęsionem patiuntur, quæ non mediocre impedimentum præstant ad vacuandum. Et primo de rectricibus.

CAP. XLI.

Quomodo, aut quando delirium impediat uacuationes.

DE symptomatis facul. rectricũ habendus sermo. Est vero delirium insigne inter omnia accidẽtia, rationi, & imaginationi, &c. commune, quod methodicam curationẽ inhibere possit, & vacuationes prædictas quodammodo impedire.

Sed notandum antea, quid per læsionem rationis intelligamus, & reli-

ctis erroribus neotericorum aliquorum, quos latè cõfutauimus in lib. de diff. sympt. & opusc. de facult. quæ omnia supponimus, considerare oportet, quod Gal. cum non cognouerit potentiam aliquam spiritualem, defectu diuinæ illius Hipp. philos. & Aristot. quam segniter tractauit, quia putauit nil pulchrum, nil metaphysicum cõducere ad morborum curationes. Ideo quotiescunque apud illum legeris, rationem lædi, mentem lædi, intelligas, æstimatiuam actionẽ, seu cogitatiuam, tanquam corporeã, in suo organo pati, quod etiam intelligitur de imaginatiuis; intellectus verò, cum sit potentia, quæ nõ eget corpore, vt subiecto, sed vt obiecto, idest, eget corpore, vt à potentijs corporeis recipiat phantasmata, nunquã læditur, nisi ex accidenti, & remotè, quatenus inordinatis, & errantibus ministris vtitur. Mercatum consultò omitto, quia putauit, quod Theophilus delirauit in cogitatiua, quòd fuit melancholicus, nõ phreniticus, quod imaginatiua est organum, in quo residet ratio, quòd sola est vna potentia
in

in anima, & statim proponit varia organa ad plures potentias, & alia huius census, quę omnia ad lib. de morb. & symp. relegamus. Ad rem nunc. Ergo delirium, quod Greci παραφροσύνην appellāt, propriè pertinet in homine ad ęstimatiuam, siue cogitatiuam, quę quia eleuata est ab anima rationali, perfectius operatur, quàm in brutis: & ob id permittemus Gal. & alijs Medicis vocari rationem particularem, quæ versatur circa conueniens. Illi proximior adest imaginatrix: atq; ob id Gal. tria adinuenit deliria, cogitationis, imaginationis, aut vtriusque simul, sensus cōmunis, nec memorię vlla facta mentione: sensus quidē, quia confundit cum imaginatione in eius opinione, memoriæ, quia diminutè, aut abolitè lędi putauit. Nos verò qui quatuor potentias cum S. Tho. & Arist. constituimus, quatuor læsiones distinctas proponimus. Sed in pręsenti ad curationem sufficit declarare, quę deliria poscant vacuationem, & quę impediant.

CAP.

CAP. XLII.

Quòd delirium, ut delirium est, causa non inspecta, potius impedit uacuationes.

SI consideres huius capitis sensum, facilè intelliges? conclusionem. Delirium, vt sic congerit multa, quę vires dissipant: perturbat siquidem, & impedit humanę vitę gubernacula. Quando bibendũ, aut edendum, tum cibo & potu abstinere cogit; quando dormiendum, vigiliam expetit; si vena secanda, si potiones salutares exhibendę, vbi quiescendum, ac vestibus, & operculis induendum, respuit omnia: tandem motibus intempestiuis, ac fortibus ægrum concitat, ac nudari compellit: quibus omnibus, & virtutem labefactari, & febrē, aut incēdi, & augeri est necessarium: & ob id prudenter Gal. 2. aphor. text. 28. dicebat. *Delirantes, ob inordinatos motus, intra paucos dies extenuantur.* Ergo rectè dictum est, delirium (vt sic) impedire vacua-

uacuationes. Restat vt causa delirij moneat Medicum ad aliquid exequẽdum.

CAP. XLIII.

Causæ delirij perpenduntur, quę uacuationem postulant, aut renuunt.

HIpp. lib. de morbo sacro aiebat. *Quanto uerò tempore cerebrum quieuerit, tanto etiam homo sapit: insanimus autem moto cerebro.* Quam sententiam repetit epist. de insania: nos verò in nostro commentario ad diuinum illum Hip. lib. fuse explicuimus, non solum asserentes, motum alterationis intelligere Hipp. sed etiam aliquando motum localem inordinatum ipsius substantię medullaris, & spiritus contenti: diuersos enim textus scripsit ad vnumquemq; motum, quod nemo hucusque adnotauit (pro omnibus laus sit soli Deo.) Sed agamus nunc de motione tantum alteratiua cerebri, quæ terminatur in intemperiem. Mouetur alteratiue

cerebrum à calore, vel cum ſiccitate, vel cum frigore, humiditate, idque aut cum affluxu, aut ſine affluxu humoris.

Quod autem ob ſolam intemperiē calidam deliret cerebrū, docuit Gal. 3. de locis affect. vbi ait. *Siue per cōſenſum, ſiue per primogeneam affectionem cerebrum laboret, delirium fit, uel à calore, aut fuligine, aut uapore, aut humore cerebrum alterante.* Et clariſſime lib.4.de præsag. expuls. c. 8. ita. *Calori immodico, ſi quando ſolus per ſe ſteterit, delirium ſuccedit.*

At non dubites, obſecro, delirare hominem per ſolam ſimplicem intemperiem: debes enim memoria tenere, quę docui in tractatu de facult. Temperies cerebri attingit actiones rectrices, non in genere cauſæ efficientis, ſed materialis, quia taliter diſponit organum, vt facultas rectè eliciat actionem: hoc eſt proprium potentijs cognoſcitiuis ſentientibus. Vt ergo calor attingit actiones, & effectus virtutis nutritiuæ, in genere cauſę efficientis, ita in cerebro rectrices ſolum materialiter. Igitur erronea

nea cogitatio fiet, & imaginatio à sola intemperie calida. Quod Hipp. in epidem. explicante Gal. 3. de locis, dixerit. *Si humor melancholicus uergat in animam, fit delirium, si in corpus, epilepsia*, &c. Vbi Gale. ignorans animam, non ignorauit explicationẽ; nam dixit, si alteretur solum cerebrũ, fieri delirium, si obstruatur, fieri epilepsiam. Addimus nos, spiritum animalem perturbari, aut affici, vt fit in melancholia morbo, quem animę honorabili stẽmate insigniuit antiquitas[1]. quod aduersus Auerroem alibi probatum inuenies.

Igitur per diuisionem causarũ deuenies facilè in causam delirij, quæ petat vacuationem. Vbi dolendum maximè quam audacter Tyrones in delirio sanguinem mittunt: si enim à sola intemperie calidâ, aut calida, & sicca, quę hecticas solet causari amentias, si à sola melancholia frigida, & sicca, in quibus omnibus virtus iam fatiscit, delirium procedit, quis audet mittere sanguinem, cum nec vires admittant, nec causa exposcat, neque prorsus reuulsionis gratia, vt

falſis fundamentis reſpondeam: nam nulla cauſa materialis peccat in ſimplici intemperie. In melancholia verò morbo per eſſentiam, niſi ſanguis in toto melancholicus ſit, qui foueat morbum factum (vt ſuprà ſatis probatum eſt) cum etiam vires ita debiles ſint, à frigore, & ſiccitate remiſſe, & non extrahatur humor peccans, erroneum eſt ſanguinem mittere: at ſi à ſanguine aut ſolo, aut cum bile proſiliat, aut alio quolibet humore permixto, putreſcente, aut non putreſcente, ſanguis mittendus, vel ipſo etiam delirio coindicante, ne tam princeps membrum lethali phrenitidis inſultæ pereat. Itaque in hac poſtrema cauſarum ſerie, delirium potius inuitat, quam impedit.

Delirium prętereà lethargicum, licet a pituita putreſcente ortum duxerit, ſanguinem mittendum non renuit, ſed moderatur, quantum videris diſtare humorem à ſanguinis conſortio. Quamobrem largis vacuationibus ſanguinis moriuntur lethargici, pituita craſſiori reddita, & incuneata cerebri poroſitatibus, numquam euicta-

ᵭa à calore naturali remiſſo. Atque adeò ſicut in primo delirio audacem volo Medicum, ita in hoc ſecundo maximè temperatum: audacem, in illo à ſãguine, aut ſolo, aut bile permixto.

Eſt autem omnibus delirijs duplex commune axioma. Primò, vt quando veteraſcunt, ob rationes ſuprà dictas, miſſionem ſanguinis reſpuant: vel quia habitualiter iam victa natura prognoſticis eſt relinquẽda, vel quia ita debilitata, vt potionibus, alimentis, & alijs ſit potius recreanda: redit enim tũc indicatio ſumpta à delirio ſolo, vt delirium eſt. Secundò, vt quotieſcunque delirus aliquis febre acuta, aut alio morbo ſuperueniente corripiatur, cuius gratia ſanguis mittendus ſit, tantùm de quantitate debes detrahere, quantum ex vi delirij antecedentis, & præſentis vires iacturam pati perſpicies.

In iſto opuſculo, non euoluimus practicas doctiſſimas tantorum virorum, qui nos præceſſerunt, ſed iſtas indicationes inſinuamus, tanquam neceſſarias, ne erres in praxi: nam quando per conſenſum, & à qua par-

te quis poteſt delirare, ad autores prædictos nunc remittendum: eſſet enim longiſſimè à noſtro diſcedere inſtituto.

Sed dubitas circa delirium à nudo calore præter naturam, non quidem quomodo debeat curari, clarũ enim eſt petere ſimplicẽ refrigerationem, aut per balneum, aut aliter per aerẽ, aut alimentum: ſed dubitas de facto, an à ſolo calore ſimplici ſine affluxu humoris deliret aliquis?

Reſpondeo, ſuprà eſſe ſatis demõſtratum, & experientia conſtat à poſteriori. Gal. tale delirium cognouit, vt ſuprà adduxi 3. de locis, & alibi: tamen ex ſola temporum inflammatione, calor ſolus per continuum communicatus, efficere poteſt delirium, aſſerente Gal. 4. de præſag. ex pul. Nos etiam vidimus ex eryſipelate faciei delirium fieri. Non poteſt autem aliquis probare, quòd vapor, aut fumus tunc neceſſario communicetur ad interna, cùm affectus in parte externa, in ambiente æſtiuo, potius in aerẽ exhalet, quam ad intima. Communicabitur ergo calor ſolus.

In

In alijs morbis particularibus ventriculi, septi, &c. cum sit possibile circũscribi putridam fuliginem in ipsa particula inflammata, & nullo modo ascendere ad caput: aliquando talem circunſcriptionẽ contingere posse, nemo est qui neget, & nullus probare poterit esse simpliciter necessàriam talem vaporum, aut fuliginum receptionem in cerebro, quia ista potest impediri, communicatio verò caloris neutiquam potest: & existimo fundamentalem esse rationem, qua potest inniti celebrata doctrina Gale. qui delirium continuum ponit inflammatis aliquibus partibus corporis; septo, ventriculo, & alijs: non enim agnoscit remissionem delirij, quando tales adsint inflammationes, quod maximè notaui, licèt illam concedat in febribus, in quibus laborat cerebrum per consensum. Ergo Gal. semper putauit, delirium continuum posse fieri à calore communicato, vel per essẽtiam impresso, rationibusque nostris, quæ suæ sunt, innititur.

CAP.

CAP. XLIV.

De alijs delirij causis.

INsaniā à pituita Hipp. primus docuit, de qua si putrescit, & cerebrum inflammat, dictum est iam quo pacto moderetur, & temperet sanguinis detractionem.

Tamen si non putrescat, & sola frigiditate, & humiditate, vel minuat actiones, vel torpidas ita reddat, vt appareat homo stupidus, & detentus, quasi omnino priuetur internis actionibus, quid obsecro facies? An non cogitabis de attenuanda pituita, & paulatim expurganda, de calore natiuo excitando, de capite mundificando, de spiritibus generādis? Quid cum his indicationibus habet sanguinis missio? Nil prorsus, sed omnino contrarias: pituitam incrassat, cerebrū debilitat, spiritus exhaurit, natiuum calorem exoluit. Quòd si discurras per omnes causas, quas suprà retulimus, cum de supernatātia agebamus, facilè deuenies in cognitionem remedij.

CAP.

CAP. XLV.

De vacuatione nimia, quam Hippo. & Gale. causam delirij statuerunt.

GAle. lib. 7. aphor. tex. 9. explicans Hipp. *à profluuio sanguinis desipientia malum*, occasionem dedit huic dubitationi, quo pacto ad sanguinis profluuium, sequitur desipientia. Quare Galen. mediocre delirium nominauit? erit ne delirium, quod est deprauatio actionis, an diminutio solùm? & quomodo ad defectum qui priuatio est, sequi potest deprauatio? Rursus cùm ad sanguinis absentiam frigescat cerebrum, certum est hanc desipientiam, illam fatuitatem esse, quam Gal. à frigore dixit oriri. Quomodo ergo appellauit delirium? deprauatio siquidem à calore, diminutio actionis à frigore proficiscitur.

Præterea si dicatur (vt communiter est receptum) frigiditaté minuere actionem, & non deprauare, huius interrogo causam? Præternaturalis est frigi-

frigiditas immodica, præternaturalis etiam est calor excedens, quare vtraque non deprauat actionem, cum vtraque corrumpat calorem natiuum? Omnia hęc in alio loco discutiēda ex professo. nunc ea solum quæ ad rem præsentem pertinent.

Quidam doctissimus vir ad hunc aphor. dicebat, Hippo. insinuasse, ex magno raptu sāguinis ad caput, fluorem è naribus accidere copiosum, sed simul cum sanguine ascendisse copiā bilis, cuius portio in cerebro, & circa neruorum principia, delirium, & conuulsionem produxit.

Non tamen videtur ita ad mentem Hipp. hæc philosophandi ratio; nam Hipp. euacuationem, tanquam causā mali præsagij, in vtroq; symptomate agnoscit: quia alibi dixerat, cōuulsionem ex inanitione, malum; nunc etiā simul & desipientiam; non enim lethalia, aut mala ita sunt, quæ à repletione, ob maiorem curationis facilitatem; quæ verò à siccitate, & pauperie calidi natiui contingunt, mala prorsus censenda. At si à bile conuulsio fit, non ita mala.

Præ-

Præthereà ſi bilis derelicta fuit in cerebro, quorſum aliud genus delirij non indicauit Hippocrates, vt ſolet: ſolùm enim vſus eſt illa voce, deſipiētia, quæ manſuetum delirium ſignificat:. Quod forſan ſubolfaciens Galenus dixit, mediocre: tamen à bilioſo humore non mediocre, ſed iracundum, & turbulentum excitandū erat.

Reſpōdeo ergo, à nimia vacuatione ſanguinis fieri deſipiētiam, non ſolùm ob intēperiem inductam ad abſentiam calidi, ſed ob defectum ſpiritus animalis, quem ſapientiæ inſtrumentum dixit Hipp. l. de morb. ſacr. Conuulſionem etiam ex inanitione, ideòque malā iudicari ab Hipp. neq; exiſtimo eſſe neceſſarium, vt remaneat in cerebro portio bilis. Quare? ad quid? Quorſum? cum ita tenuis, & mixta cum ſanguine, etiam non flueret? Imò ad fluxum incitat. Melius itaque ſentio cum Hippoc. & Galen. Non quæras obſecro quæ intemperies, aut quomodo inducta ad priuationem ſanguinis, quia hoc eſt inuoluere omnia quæ diſputata ſunt in noſtro

opere

opere de morbo & sympt.

Existimandum ergo hoc delirij genus quod mediocre vocat Gal. generali voce appellari delirium, sicut in decrepitis videmus, ob spiritus paupertatem, & nimiam cerebri debilitatem, esse actiones diminutas, & sæpius erroneas: ob concursum etiam omnium læsionum potentiarum, seu virtutum internarum, quæ ad inuicem patiente vna, patitur & alia, præcipuè si omnium temperies euertitur, & spiritus deficit: atque ita nō solum diminuta actio, sed corrupta, vel deprauata apparet. Neque mirandum est, ex defectu sequi deprauationem, nam & ipsa deprauatio defectus quidam est.

Quod autem dubitatur, an frigidū possit minuere tantum actiones, & non deprauare, quæstio est elegans à nobis agitata varijs in locis: quamuis Gentilis diuersa sentiat, & se aliquando corrigat, vt faciunt magni, & docti viri. Hucusque non inueni rationem efficacem, vt semper frigiditas minuat, & nunquam deprauet: forsan motus locales impedit, & constrin-

strin-

ſtringendo minuit, ſed alias actiones ita diuerſas, vt neutiquam concernãt motum, quare non deprauare poterit, deprauato temperamento? Sed de hoc alibi.

Hoc ergo delirium qualecumque ſit, impedit ſanguinis miſſionem, & expoſcit potius adiectionem optimi alimenti, & noui ſanguinis generationem.

Si autem interroges de morbo, ad quem iſtud ſymptoma ſequitur, cognoſces neceſſitatem adeundi ad lib. de morb. & ſympt. Nos qui cum ſancto Thoma conſtãter aſſerimus morbum conſiſtere in priuatiuo, non hæſitamus, ſed iſtam priuationem rectæ rationis, ad aliam neceſſario priuationem, quæ morbus eſt, ſequi affirmamus. Sed cohibeo diſcurſum, & venio ad praxim.

CAP. XLVI.

Dubitatur, an delirium purgationem impediat?

DIfficilius hoc videtur, nam Hippoc. 1. prorrhet. com. 2. tex. 37. ſic

37. ſic ait. *Nigra reuomentes, cibos faſtidientes, deliros, in pube parum dolentes, quibus oculus ferox, clauſuſque, purgare non oportet: pernicioſũ enim.* Ego iſtam ſententiam non paruipendo, vt Gal. facit in com. ſed põderatione, & laude dignam exiſtimo. Numquam vllum verbum Hipp. cõtempſi, ſed ſemper admiratus intelligentiam, ſi forſan poſſim, tento, attrecto.

Dico, aut iſta accidentia ſimul iuncta in ægro inueniuntur, & ſunt manifeſta ſigna proximæ mortis, vanũq; putauit Hippoc. purgationem tentare, ſed pium certè prognoſticis relinquere, ne æger iam morti proximus ab ipſo ſumpto medicamento, non ſolum anticiparet ſuam mortem, ſed contumeliam Medici.

Secundò, aut iſta accidentia enumerat diuinus ſenex tanquam ſeparata, quaſi diceret: in vnoquoque accidente ex iſtis, pernicioſum eſt vti medicamento expurgante. Atque adeò tanta eſt profunditas Hip. vt etiam hoc modo ſit præter omnem rationẽ purgationem exercere. Nigra vomen-

mentibus, qui temerarius medicamẽtum purgans propinabit, natura tam ferocem inimicum per vomitum cũ lethalibus ſignis expellente, & medicamento ad infernam regionem retrahente, contra impetum naturæ, vt atra bilis ſit lethalior ſuprà, & infrà, & interim remorata citius partes principales adeat, ſaltem eius malignus vapor; hoc enim eſt proprium naturæ retractæ, & humoris tam peſtiferi paruulę moræ: detinebitur verò aliquo tempore, ſi regionem mutas, quo nil perniciosius poteſt cogitari. Secũdò, quia hæc purgatio deberet fieri forti medicamine, quia atra bilis non cedit alijs, & detenta, aut mota lathalis eſt. Vide iam naturam à morbo, & à medicamento diſſipari.

Vbi notandum, quotieſcunque Hipp. dicit, purgare, ſine alio addito, ſemper intelligit per inferiorem aluum. Faſtidientes, intellige, non quoſcunque, ſed vel ex vi humoris pernicioſi vomitiones facientis: quod etiam inſinuauit lib. 2. coa. ſect. 2. co. 1. text. 5. *Lingua faſtidioſa, nigrarum vomitionum ſignum eſt*, vel in morbo

bo diuturno, vt Gal. explicuit 7. aphor. text. 6. Equidem necesse est essentiali debilitate vires deficere: nam in alijs morbis fastidium potius petit vacuationes.

In pube parum dolentes. Quid est parum dolentes, cùm ea pars vesicæ regionem indicet inflammatione tentatam, doloresque maximos debeat pati, non paruos, nisi ob mortificationẽ iam inceptam? Atque quomodocunque, purgatio nullo modo exercenda, cùm in vijs ductuum, vel circa illas inflammatio extiterit.

Ferox oculus, claususuè, conuulsionis ex siccitate indicium. Ad quid purgatio, nisi ad maiorem siccitatem inducendam? Deliros intelligit iam firmatos, & in ipsa, vt sic dicam, turbulenta accessione. Hi quidem purgandi non sunt eo tempore; nam vt purgemus maniacos, aut melancholicos, sẽper exspectamus delirij aliquã remissionem: quia per quædam interualla sunt magis obedientes, sicut ad lunæ conuersiones tumultuantur, & agitantur, & sunt magis inobedientes. Sed quare non purgantur eo tem-

tempore? Resp. Quia nec possunt, nec debent: non possunt, quia neque admittunt: non debent, quia in tantis motibus, & inordinatis, & mentis commotione, facilè ad caput rapientur humores. Atque cùm agendum sit cum causa antecedenti, hanc melius moueri censemus, cum mansuetiora sunt omnia.

Delirantes autem phrenitici ex inflammatione facta in cerebro, non sunt purgandi, donec manifestissimè vltima declinationis pars elucescat: & in hac spectare, & considerare oportet, an inflammatio terminata sit aliquo ex tam varijs modis, quibus solet finiri: nam si per aliquam aurium, aut narium vacuationem, per ventrem, hęmorrhoides, aut si per sudorem expulsionem victæ iam causæ tentet natura, non turbanda, sed exspectanda.

Tamen contingere potest, vt phrenitis incipiat biliosa, nulla præsentia sanguinis existente, neque ad febrem secuta, sed ipsa per se cum sua febre: quod licet rarò, contingere tamen posse quis dubitat? quo casu tale de-

liriũ statim petit cum sua causa purgationem, vt probatum est ex arte, lib. 3. Auic. cap. de phrenitide. Reuellere enim statim sincerum humorem oportet, antequam firmetur, quãdo (vt suppono) solus omnino peccat.

Alia verò sunt paradeliria in febribus acutis, maximi momenti, quæ video à paucis Medicis considerari. Adest febris acuta, in principio vniuersali sanguinem detrahis, & omnem scopum adimples, iamq; nulla extrahendi sanguinis elucet occasio, sed effrænis biliosus humor, qui antea delitescebat, caput aggreditur, & delirare cogit: tunc temporis in decimo, & duodecimo die subtilitas artis eo deuenit, vt sine coctionum turbatione moderatissimam purgatiunculam exerceat, per rhabarbari duor. aut tri. scrupulo. infusionem, ac colaturæ addito syrup. borraginis, aut cichorij, infirmo ignorante, sed qui nouit consuetum syrupum sumere. Contingit profectò hac epicrasi in morbis acutis, phrenitidem futuram vitari, coctiones securissimè celebrari. Ante

hanc

hanc occasionem sanguinem mittebas, & reuellebas à capite, tunc non molestabat, aut minimè apparebat delirium: sed postea cum sanguis infra mediocritatem subsistit, & solius feruor bilis, & effumatio comparet, alia insurgit reuellendi indicatio paucis Medicis nota. Sed de his plura in superioribus, cum agebam de minoratione.

Sed interrogas de alijs delirijs per consensum à parte aliqua inflammata. Equidem tractanda ista deliria ad pensum morbi pręcipui, à quo dependent, & eam vacuationem admittunt, quã indicat principalis affectus, adhibita sẽper suprapoſita animaduersione, quod delirium moderatur, quando tale existit, vt vel turbet, vel deijciat vires.

DVBIVM EX Hipp. loco.

DVbitare quis posset circa istam purgatiunculam, quam induxi, in delirio incipiente, post celebratam sufficienter sanguinis missionem: nã

Hip. lib. de locis in homine dicebat. *Calefaciunt caput pharmaca purgatiua.* Ergo secundùm hanc legem, non oportet rhabarbarũ exhibere: calidũ enim est & siccum.

Resp. Primò, longa experientia me didicisse, purgationes audacius in soporosis, & felicius euenire, quam in phreniticis, aut vigilantibus, ob rationem dictam: tamen negari non potest, conuenire etiam in prædicto casu, dictis conditionibus insignito.

Atque rhabarbarum in pauca quãtitate, & infusum in aqua cichorij, sine metu potest dari; quia maior est vtilitas vacuandi, quam calor fiens, & transiens, qui potest apparere in die purgationis, aliter certè nunquam expurgares in morbis biliosis: intelligendusque est locus Hip. de pharmacis validis, quibus vtebatur antiquitas. Vbi illud aduertendum, cum iam vacuationes sãguinis factæ sunt, & febris prædictos dies pertransijt, ex vi caloris, iam humores biliosi sapiunt conditiones atræ bilis, ceduntque folliculis sennę, infusis cum floribus cordialibus, & facillimè purgatio

tio fit. Itaq; his modis delirium prohibetur, sine causæ coctilis perturbatione.

CAP. XLVII.

Quare practici de vigilia superflua, de sopore, de dolore, & alijs symptomatis febrium, tam amplam fecerunt mentionem, delirio relicto.

DE delirio in febribus miror, qua ratione praxim exercentes nil dixerint, nisi vnus, aut alter: nam sicut sopor, sitis, dolor, vigilia vocant ad se partem curationis, etiam delirium. Respondent aliqui, deliria quæ sequuntur ad febres, remitti ad remissionem febris, quæ vero continua sunt, iam in phrenitidem transire, sufficereque caput dicasse phrenitidi.

Sed certè nullam habent excusationem: nam idem posses dicere de sopore, qui si continuus est, transit in lethargum.

Dicendum ergo, practicos doctissimos

ſimos non dicaſſe proprium caput delirio, ſicut alijs ſymptomatis, quia re vera deliria, & vigiliæ superfluæ, eaſdem habent causas, penes magis, & minus solùm differentes; vigilia prę- terquam quod vires eneruat, tanquā delirij præſaga ab omnibus celebratur: atque ſicut vigiliam ſomnus, ita & delirium sedat. Quod Hipp. primus, poſtea Galenus, & Auicen. multis in locis cecinerunt.

Quod autem ſimillimæ ſint causæ delirij, & vigiliæ facilè intelliges, ſi Galenum legas, aut ipsam rerum naturam perspicias. Vigiliarū primam causam caliditatem ſtatuit: secundo ſiccitatem. E contra somnus præter naturā, primò ad frigiditatem: secundò ad humiditatē sequitur: & hæc eſt, aut cum humore, aut ſine illo. 2. de loc. aff. ad finem, & 3. de loc. c. 5. 1. de sympt. cauſ. c. 8. & 3. de cauſis pulſuum. c. 10. Ita sæpe ſæpius delirium à calore solo, aut ſimul cum ſiccitate, &c. Ergo ſimillimæ causę exiſtunt, & vigilia via certa putari debet ad delirium: & propter hanc rationem, loquendo de vigilia ſuper-

fluа

flua, visi sunt loqui de delirio.

Loco tamen affecto maximè differunt, nam vigilia superflua, & somnus versantur circa sensum communem, siue primum sensorium, delirium propriè, & strictè circa intimiores potentias rectrices. Quæ sola ratio posset contumaces conuincere ad assentiendum Diuo Thomæ, & Arist. qui constituunt discrimen inter sensum communem, & alias interiores facultates. Per somnum imaginatio exercetur, quin & cogitamus, disputamus: imò aliqui dicunt, se in somno soluisse argumenta, quæ in vigilia non poterant. Ergo illæ potentiæ non ligantur, ligaturque solus sẽsus communis.

Rursus, per vigilias illęsus iste sensus, illæ aberrare solent; à posteriori quod maius discrimẽ exspectas? Atque hæc de hoc sympt. dicta sufficiant: reliqua quæ ad alias potentias pertinent, ex practicis disces cap. de memoria, de melancholia, de catalepsi, &c. Et similiter ea quæ pertinent ad motiuam; nam dummodo tenaciter inhęreas his, quæ ostendimus

de causis præter naturam, & morbis, facilè disces, quod symptoma, à tali, vel tali causa, impediat, aut non: Per practicas certè discurrens, hac nostra methodo non errabis: nam in cap. de tremore, conuulſ. paralyſi, aut in quocumque dolore, statim debes recurrere ad ea, quæ in superioribus dicta sunt, sufficit enim vnum exemplum, vt clarescant reliqua.

CAP. XLVIII.

De ſympt. in exeunte mutato. Gal. illuſtratur.

LIcet tam varia & multa excretorum genera exiſtant, vnum inter alia turbat curationem febrium, aut impedit, vel retardat, & dubios Medicos reddit, fluxus ſcilicet ventris. de quo vt complicato cum alio morbo agendum nunc.

Qua in parte ille tam agitatus locus lib. 1. ad Gla. de febre cum ſympt. quia ſiniſtrè intellectus, multorũ errorum causa eſt: nam quidam cùm videant fluxum ventris, non audent

san-

sanguinem mittere, alij timent vulgus, quod putat malum esse duabus vacuationibus ægrum opprimere: & tandem alij, post habita omni consideratione, ducti vrgentiæ ratione, iterum atque iterum sanguinem fundunt. Sed temperanda sunt ista.

Primò perpendere oportet, vnde fluxus cum febre qualibet complicatus incipiat, à qua regione, à qua parte, quos effectus producat, quãtum possit impedire, aut solam moderari quantitatem sanguinis missionis. Nam si febris acuta pendet à materia putrescenti intra venas, & fluxus est ventralis, aut à tota prima regione profectus, quæ crudos, aut semicoctos, aut inquinatos succos propellit per vomitum, aut secessum, manifestũ existimo, vacuationes istas impedire quodammodo, sed nõ omnino; nam vt suprà dictum est, quãuis vocẽt curationem, tamen postponenda, ob celeritatem, qua morbus acutus currit ad necem; quippè in talibus morosa medicatio semper dãnanda.

Vnde prouidentia continuata ven-

triculi, & ventris, ne nimium vires fatiscant, poterit Medicus febris causam proximam attingere: quia suppono, nullum habere commercium in isto casu, materiã venarum, & primæ regionis recrementa: quin potius omnia quæ cruda sunt, & in venas delata poterant causam augere, prouidè propelluntur à natura, vt libera magis via sit ad sanguinis detractionem: debebas enim tu istam vacuationem moliri, si natura segnis esset. & de tali fluxu non intelligitur sentẽtia vulgata Auic. Asselare, bis aut ter, excusat à phlebotomia. At verò si cũ isto fluxu iungeretur oris ventriculi morsus, & notatu digna læsio, necessarium esset, antequam ad sanguinem vacuandum deuenires, ventriculi prouidentiam habere maximam, non qualemcunque.

Quare quòd maxima felicitate, & ex arte sum expertus, libenter dicam. Gal. reprehendit illos, qui ante ventriculi firmitudinem, sanguinem mittunt, & rectè quidem: sed cùm extrinseca roboratio nullius soleat esse momenti, imò maximi damni: quia

quan-

quando repletus ventriculus, aut quādo quibusdam proprijs recrementis, licet paucis, sed infarctis, anxie molestatur, ita vt virtus flaccescat, deterrimum est exterius constringere, & roborare, quia magis amplectitur, & strictius inimicum, & impensius affligitur, vt qui spinas manu comprimit. In isto igitur conflictu, non semel, sed sæpius ex arte curaui infirmos, statim exhibita portione debita rhabarbari, cum puluere diamargaritonis frigidi, cum aliquo syr. borraginis, vel cum pauco syr. ros. aut violaceo, & hoc certè, antequam sanguinem funderem; mirum dictu, quā cito anxietates ablatæ, aut cardiacæ accidentia, & fluxus impediens, remissa omnia, ita vt pateret sequenti die aditus ad venam secandam; nam cum totum illud impedimentum, (quodlibet illud sit) ex proximis incōcoctionibus fuerit purgatione ablatū, & simul corroboratione interius facta vires recuperatæ fuerint, nulli dubium, quin feliciter dirigatur curatio per sanguinis missionem. Et hanc fuisse Gal. mentem primo ad Glau-

conem, in prima parte textus, est certissimum: quem textum aliqui legunt affirmatiuè, ad maiorem vim huius indicationis. *Age enim, si quis febricitet, & adsit plethorica affectio, verum ex incōcoctionibus recentibus sit, & mordeatur, ac comprimatur os vētriculi, aut euomat succum prauum, & ex eius transitu summopere lædatur, numquid hoc in loco, ad solam febrem respicientes, vacuare multitudinem tentabimus, id quod sanè aliàs citra noxam fecissemus? An prius ori ventriculi prouidebimus, atque ita deinceps, vbi ipsum verè nobis sese habuerit, conuenientem totius corporis vacuationem faciemus? Mihi quidem ita videtur. Sæpius ergo multos ita affectos vidi, alios quidem interijsse, alios verò in extremum periculum adactos, cum Medici eos prius vacuare, quàm stomachum roborare tentauissent.*

Hæc est prima textus pars, in qua meam propositionem volo stabilitam, quando scilicet fluxus est primæ regionis, & per *vomitum*, aut per *aluum*, sufficit dixisse Galen. per vomitum

mitum, subintelligimus etiam posse fieri per aluum: nam etiam & deiectiones quandoque fiunt cum simili oris affectu, prius illato malo in parte superiori. Excernitur aliquid, sed cum maxima oris ventriculi passione, & anxietate, roborationem adhibendam prius Gal. docet. Sed interrogo, quam roborationem? Equidem momentum hoc facilè video cōtemni ab his, qui putant, apposito absinthite, aut pane tosto cum aromatibus, indicationem adimpleri, vt statim mitti possit sanguis. Sed ego aliter intelligo textum, esse scilicet corroborationem faciendam, ad pensum necessitatis, esseque aliqua symptomata ventriculi, quæ necessariò petunt causam illam proximam, vel adhærentem, deturbari, quam natura afflicta non potest, simul & adstringendam partem, ne vera cardialgia eueniat, quæ citius hominem tollat, quàm ipsa febris.

Atque ista indicatio potest complicari, vt amplectamur vtramque lectionem textus, aut existente plethorica dispositione, vt legit Stephanus

nus Athen: aut sine tali multitudine, vt habent alij codices. Talis est oris ventriculi affectus, vt cùm summa plenitudine venarum, videas febricitantem frigidum, & pulsus, quales talis pars affecta immutat. At Tyrones putant, omnia illa mala demandari à venis, & sanguinem fundunt, vt reuellant: hoc autem est impossibile, quia affectio, de qua agimus cum Gal. est propria ipsius ventriculi, nullo modo dependens à venis, sed ex incõcoctionibus, cumulatis prauis excrementis, os ventriculi, quod pro corde reputamus, intense molestantibus, soletque spargi sermo inter Medicos, de malignitate sanguinis, & de febre puncticulari, cùm nil sit magis alienum ab ista indicatione, neq; tales anxietates pēdeant ab humoribus febrem facientibus. Si attente legas, prædicta doctrina colligitur ex prima parte textus.

SECVNDA PARS Textus.

SEd nec si fuerit febris cũ profluuio ventris, aliqua alia indiget vacuatione, sed hæc ipsa sufficit, quãuis non sit pro multitudinis ratione.

Iste textus maximè diuersus est à præcedenti, & alium respicit rerum statum: nam hucusque loquebamur de complicatione febris cum fluxu, cui adhęrebat insignis oris ventriculi affectus, qui rapiebat ad se curationẽ primam: sed nunc loquitur de fluxu absolutè cõplicato cum febre. Ibi adduxit inconcoctiones, & recremẽta particularia ventriculi, hîc solum fluxum, & contrariæ cõditionis; nam primus simul aboleri tanquam perniciosè afficiens desiderabat, & simul debilitatem oris ventriculi reparari: hic verò omnino sinendus, tanquam febri congruus, & illius causæ. Et hanc esse mentem Galen. & arti conformem, ostendo. Adest febris cum fluxu ventris, & nullam aliam vacuationem tentat. Ergo iste fluxus causã

depo-

deponit: ſiquidem ſufficit ſolus, vt inquit Galen. Patet, quia hoc eſt cõmune omnibus vacuationibus, aut criticis, aut ſymptomaticis, aut medijs, vt ſi vacuetur materia peccans, cõferant, vt quid conferunt? Quia ipſa ſpecies cauſæ foras truditur, vel cocta, vel cruda, nil intereſt (vt ſuprà demonſtratum inuenies, quando agebamus de cruditate.) Solum eſt differentia ſecundùm magis & minus debilitari: tamen omnes vacuationes tendunt ad vitam, ſi vacuatur cauſa damni, & non alia. Ergo quando fluxus cum febre tollit febris cauſam, ne cogites de alia vacuatione, quia illa ſola ſufficit, quamuis tibi videatur non esse pro multitudinis ratione: paulatim deponet multitudinem putreſcentem, & natura corriget reliquum.

Et hoc ſine dubio eſt, quod ex Auic. circũfertur, assellare bis, aut ter excuſat à ſanguinis miſſione: non certè excusaret, ſi per tales deiectiones portio materiæ peccantis non expelleretur; deberemus enim ſtatim emendare naturam,

Et

Et à ſigno percipies: nam videbis ad penſum fluxus, mitigari multitudinem, & febrem.

Sed ſtatim obijcis, esse febrem ſanguinis, & non curari hoc fluxu. Reſpondeo, ſanguinem putreſcentem abire in melancholiam, & flauam bilem, & ita contingere, vt natura ſe exoneret ab iſtis humoribus per deiectiones, cum magna cõferentia, natura bonum vniente, & gubernante: quod quotidie videmus in menſtruandis mulieribus, loco ſanguinis expurgandi, deiectiones aduenire: & saneſcunt, quia ille retentus præter naturá factus, & cõcurſus in diſſimiles naturas, oommodè fluit per inteſtina.

Et hanc noſtram explicationem nõ multum coacte confirmat modus loquendi Gal. Hippocraticus. *Vacuationes non multitudine ſunt æſtimandæ: ſed ſi talia, qualia oportet purgentur.* Sic in præſenti Gal. ſi adſit aliqua deiectio, non debet menſurari iuxta multitudinis rationẽ, ſed ſi talia, qualia oportet purgentur: quia neceſſariũ, eſt debere conſequi conferentiam, & toleran-

lerantiam, quod sufficit vt ex spectes, nec te accingas ad aliam eo tempore vacuationem tentandam.

Sed quid dices in reliquis febribus, de quibus loquitur etiam Gale. Idem prorsus, quod diximus, aut tollendæ huius scientiæ leges. Si febris est biliosa, & adest fluxus biliosus, ipse sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione: si pituitosa, si melancholica, idem dicendum. Si isti humores misti cum sanguine peccant, & portio sufficiens fluit per ventrem, quam separat docta natura à se ipsa, & ab humore, quasi à medicamento excitata, cum conferentia, & tolerantia, non opus est alia vacuatione, nisi aliud vrgeat præter hoc, quòd in hoc statu apparet.

Multa mala recenset Gal. accidisse his, qui alias vacuationes solicitant, & quamuis non diceret, ipsa se veritas ostenderet: nam vacuatio arte facta, cum natura aliam propriam exercet, quanta damna faciat, non debet pluribus explicari. Detinet conferentem, quærit dubiam, vires motibus contrarijs deiicit, extrahit non extrahen-

hendum, & in mortem agit.
Si quæ diximus animaduertis, ex vno ſymptomate, quid faciendum in alio perpendes, iuxta ea quæ superius de morbis contrarijs, & illorum cauſis dicta sunt.

FINIS.





Errata grauiora benignus Lector sic emendet, cetera cuiuis facilia.

Pag. 26. comperi. 37. pertinens. 52. quod 58. idest 62. facile 65. peti 72. sumitur 124. intentionis: 140. tempus veris 191. ægrotantis 198. expresse contra texus supra positos ostenditur. 221. cacochymia 238. communicetur 262. catholico, 302. Ad 13. 307. CAP. XV. 328. variolarum, 355. tenaciores. 358. nequeat, 359. probatũ est agentibus 362. fultam, 379. liquantibus 380. pectinem 383. minitante. 406. imaginatio 407. συμβεβηκότα, 421. ita 431. lethalis 448. conferant. Vt quid 449. non multum